





Cq
IMPERIVM
BABYLONIS
ET
NINI
EX MONIMENTIS
ANTIQUIS

AVCTORE
IOH. FRIDERICO SCHROEERO
ARCHI-DIACONO LVCCAVIENSI



FRANCOVRTI ET LIPSIAE
APVD GEORG. MARC. KNOCHIVM
M,DCC XXVI.

2814



91421



I. N. I.

EX ueteri memoria in conspe-
ctum tuum L. B. Regnorum
historia prodit, quae, si pro
monumentorum, quibus con-
tinetur, dignitate, atque usu suo, spe-
ctetur, quantius pretii est, suoque iure
a situ atque squalore, quem uetusitate
nimia contraxit, postulat, liberari. Quod
enim uerissime olim ad Aelium Tube-
ronem scripsit **DIONYSIUS HALI-**
CARNASSENSIS, τῆς ἀληθείας ἵεραν εἶναι
τὴν ἴσορίαν Βελόμεθα, de nostra in primis
propter arctissimum, quod ipsi cum sa-
cra historia intercedit, commercium
ualeat, quo illa ueritati consecretur,
atque tenebris erroribusque, quibus
illa subservire coacta fuit, denuo ere-
pta, luci restituatur. Evidem insi-
gnia

gnia sunt, quae in eius adiumentum, et, quod maius est, demonstrationem facer codex passim commemorat, tamen, quod ad eius pleniorum illustrationem non amplius ad manus sint BEROSI, MEGASTHENIS, ABYDENI, APOLLODORI atque ALEXANDRI POLYHISTORIS scripta, Auctori non uni olim celebrata, atque uberioris in cultissimo Gerhardi Ioh. Vossii de Historicis graecis Commentario exposita, uehementer doleimus, quae tempus, rerum edax, posteritati negavit, paucis saltem fragmentis relictis, quae ueluti tabulas ex naufragio Fl. JOSEPHVS, IVLIVS AFRICANVS, EVSEBIVS, atque GEORGIVS SYNCELLVS seruarunt, nos uero iam colligimus, ordinamus, et pro uirili illustramus. Equidem non pauca Musarum operi, quae huic Historiae apprime inferuiunt, Pater Historiae, HERODOTVS inferuit, eius tamen *Αστύριοι λόγοι*, quorum spem semel iterumque fecit, uel nunquam prodiere, uel si ex quorundam sententia lucem uiderunt, magno nostrae aetatis damno interciderunt. Verum

Cte-

Ctesias, Cnidius homo, quem aemulum passus est HERODOTVS, dum ab eo atque scriptoribus chaldaicis in alia omnia, ut nos DIODORVS SICVLVS atque PHOTIVS docent, abire folet, primus est, qui tenebras in historiam atque ineluctabiles controversias inuexit, ut mirum sit, qui VLRICVS HVERVS, eius acerrimus defensor, eos, qui CTESIAM deserunt, et HERODOTVM sequuntur, tam grauiter accusare potuerit, quasi omnem Historiae huius ueritatem, ipsius Scripturae auctoritate confirmatam, subruere co[n]tentur, cum nihil magis eius ueritatem, quam commenta Ctesiana, conuellant. Magis orbi erudito illusit famosus impostor, Ioh. Annius Viterbiensis, qui, restitutis ex ingenio, uerae antiquitatis plane ignaro, Berosi $\chi\alpha\lambda\delta\iota\kappa\omega\nu$ Libris V, Metasthenis, ut inepte refingit nomen $\iota\nu\delta\iota\kappa\omega\nu$ Libris, Historiam hanc, dum pro genuinis eorum scriptis fragmentisque fabulas supposedit, foede conspurcauit. Cuius imposturas postquam easdem ANTONIVS AVGVSTINVS, CASPAR VAR-

RERIVS aliique haud pauci ad oculum demonstrauerunt, quare elogio tam magnifico THOMAS REINESIVS, cuius uerba Morhofiano Polyhistori Vir CL. IOHANNES MOLLERVS subiecit p. 48. ornauerit, atque mitissimo iudicio fauoreque manifesto non indoctus *Scriptorum ordinis Praedicatorum enarrator*, IACOBVS ECHARD, post alios sui ordinis sodales, exceperit, solidam me nescire causam, ultro fateor. Sed non est, ut in enarrandis hujus historiae fatis fontibusque simus prolixiores, uel, conquisitis undique rationibus, institutum commendemus. Non enim primi sumus, qui ad illam, sibi ueritatique vindicandam, aggredimur, cum ab omnibus IOSEPHI SCALIGERI, DIONYSII PETAVII, IACOBI VSSERII, HERMANNI CONRINGII, IOH. MARSHAMI, CHRISTOPHORI CELLARII, IACOBI PERIZONII, CAMPEGII VITRINGA, tanquam praecipuorum eius assertorum felicissimi conatus celebrentur, quorum uestigia legisse, forte ab iniqua censura nos praestabit immunes.

Quantum enim ad Scripturae in primis illius, quae sacrorum Vatum uoluminibus continetur, ueram intelligentiam, ad perspiciendam uaticiniorum uim atque rite collocandas temporum sacrorum rationes, adiumenti non modo, uerum etiam praefidii afferat diligens huius Historiae inuestigatio, uel, me tacente, constat. Cuae autem putates, omnia hic esse adeo exhausta, ut, post copiosam uberemque Virorum doctorum messem, nullum aliis superficit spicilegium. Rem ad idoneos harum rerum aestimatores defero, quos certe non latet, quantae in expedientis temporum rationibus, statuendis suo loco atque recte explicandis ueterum fragmentis, auferendis eorum, quae expectatione frequentiores sunt, cum historia sacra dissidiis, atque reducendis ad analogiam tam dissitis atque multum disreputantibus Clarorum Virorum sententiis, hinc inde haerent difficultates tenebraeque impediunt. In primis ueritati historiae sacrae ac speciatim uaticiniis, maiorem, quam adhuc nacti sunt, lucem labore quali

quali meo foenerari studui, cum intelligam, saepe monere illos, qui in explicandis antiqui Foederis uaticiniis Ioh. Cocceii, uiam sectantur, Prophetas de Babele, Aegypto, Tyro, uaticinantes saepe tam ample magnifice auguste loqui et non tenuem et exilem, quem euentus docuerit, uerborum suorum expositionem, sed mysticum quendam atque allegoricum, qui ad statum Ecclesiae Christianae, seris post seculis futurum prospiciat, eorum sensum intendisse uideantur. Verum latentes hosce sensus, quos saepissime in Scripturam inferunt Viri docti, non rei ueritas, sed metus quidam, uaticiniis uim suam atque emphasin ex Historia non constare, suggessit, eaque adeo ad Allegorias inflericere coëgit, quae contra alii, si magnificientius iusto de rebus futuris loqui uideantur, ex stylo Orientalium fastuoso atque hyperbolico, siue quod idem est, speciose mendaci profecta esse fatis impie sentiunt, cum Hugone Grotio, Iacobo Perizonio, Ioh. Clerico. Atq. hic est conatum meorum prae-

cipiuus

cipius ico^{pus}, ut uia media incedendo
 evitetur utrumque, qui, an grauitati ar-
 gumenti pares sint nec scio satis, nec, si
 sciam, dicere ausim. Scripturae au^cto-
 ritatem non sequi, sed praeire iussi, ei-
 que ex ueterum non fallentibus moni-
 mentis, fabulis remotis, riteque subdu-
 ctis calculis, lucem accendere studui,
 Scriptores patrios exteris, antiquiores
 iunioribus anteposui, et si quae inter
 Scriptores sacros atque profanos pu-
 gna apparuit, concordiam atque pa-
 cem meditatus sum, nulla, ut spero,
 ueritatis iniuria. Ad Chronologiam
 autem, qua, constat, omne Historiae
 lumen atque robur, contineri, recte
 statuendam, omnem operam contuli,
 eamque ad minutias exegi, ut fere in
 spem ueniam, aliquod saltem ex hisce
 conatibus emolumentum, sacris ratio-
 nibus accessisse. Lacunae, quas hi-
 storia haec haud paucas et eas quidem
 ingentes patitur, si quem offendant,
 eundem memorem esse precor, me
 fragmenta saltem ueterum illustranda,
 non iustum rerum seriem in me recepi-
 se, cum propter Scriptorum defectum
 plus non liceat. Quae Scriptorum
 ino-

inopia iuxta prudentissimum STRABONIS
 monitum in antiquitate hac remotissima
 etiam probabili coniecturae fauorem
 conciliat, ne forte, nimis inquirendo,
 nihil inueniatur. Me ipsum tamen
 cum non ignorem, ueniam tuam B. L.
 in rebus haud paucis mihi exorandam
 intelligo, dum quod primo loco nomi-
 nandum, paulo liberior interdum in no-
 tandis Virorum Clarorum sententiis a
 reverentia, qua alias insignia eorum,
 quae in literarum decus prostant, meri-
 ta excipere soleo, discessi. Dabit hoc pro
 humanitate sua aequus Lector isti liber-
 tati, qua erudita Respublica gaudet, cu-
 ius partem, indignus licet, etiam mihi
 uindicaui, quam tamen in licentiam
 aut acerbitatem quandam, abire non fa-
 cile permisi. Tu L. B. de reliquis be-
 neuole sentias, quodque bene uereque
 a me cogitatum deprehendes, id unice
 Glorie Diuinae auxilioque tribuas,
 fausta quaeuis tibi appre-
 catus, contendeo.

CONSPECTVS.

SECTIO I.

ORIGINES IMPERII BABYLONICI.

I. **D**ynastia Babylonica antediluviana amplissimi temporis ex Beroſo. II. Quae cum originibus ſacris aduersatur, inter commenta inepta refertur. III. Beroſus aemulatus eſt Aegyptiorum fabulas, IV. Sumta a longaeuitate Patriarcharum occaſione. V. Conciliatio Aniani et Panodori ad excusandum Beroſum non ſufficit, nec fauet illis Moſes Gen. 6. c. 4. VI. Loci huius uerus ſensu inuestigatur, regna ante diluvium nulla. VII. Viguit potius Theocratia, accepta ſenu ſpecialiori. VIII. Nec iuuat Beroſum explicatio Sarorum ex Suida. IX. Sarus ex mente Beroſi. X. Beroſus uixit tempore Alexandri M. Tatianus emenda-
tur. XI. Computus τῶν ὡ̄ ante diluvium mani-
feste corruptus. XII. Ex Plinio et Syncello non arguitur Beroſus contradictionis. XIII. O-
rigines Babylonicae certiores petuntur ex Mo-
ſe, locus Gen. XI. 2. explicatus. XIV. Turrim Babyloniam aedificantium ſcopus. XV. Lin-
guarum confuſio an durabilis? XVI. Genti-
bus dispersis, Nimrod Babylone confidet et re-
gnat. XVII. Nimrod uenator, XVIII. Sed in
ſentu improprio et metaphorico, Eccleſiae per-
ſecutor. XIX. Has origines probari ipſi Bero-
A fo;

io, ostenditur, testimonia de Turri realia. XX.
 An Chaldaei sua ex traditione Hebræorum.
 XXI. Sub Belo Babylonico ex sententia Perizonii latet Nimrod, XXII. Sed repugnantibus antiquis fragmentis, quae commodius Cham applicantur. XXIII. Idem Cham est Belus Aegyptius. XXIV. Belus Thalli Chronographi apud Laetantium de eodem explicatur. XXV. Idem etiam Belus Tyrius Assyrius et Babylonicus. XXVI. Nimrod Bacchus. XXVII. Chronologia constituitur numero 1903 annorum apud Simplicium. XXVIII. Cui prorsus respondet locus Herennii, P. Pezronii $\alpha\beta\lambda\epsilon\psi\alpha$. XXIX. Collectis rationibus in unum, Berolus et H. Peyrierius, qui Praeadamitismi fabulam Berofo superstruxit, refelluntur. XXX. Dicaearchus, Cresias et Aegyptii reiiciuntur, quorum illi Babylonicas origines ex Assyria, hi contra ex Aegypto repetunt. XXXI. Chaldaeorum origo ex mente Stanleii, contra quam dubia mouentur ex Topographia Paradisi Mosaica. XXXII. Praesertim sententia communior de Chaldaeis a Chesed Nachoris filio. XXXIII. Perzonius frustra statuit, gentem Chaldaeorum uagabundam, in has terras fuisse translatam. XXXIV. Tollitur eius difficillimum dubium ex Gen. XI. 31. coll. Act. VII. quae omnia propter locum Esiae XXIII. 12. XXXV. Rectius Bochartus Chusaeos a Nimrodo translatos existimat. XXXVI. Nimrodi successores.

SECTIO II.

*ORIGINES REGNI ASSYRIACI EIVSQUE
AD ASSARHADDONEM PROPA-
GATIO.*

- I. Tempore introitus Israëlitarum in Aegyptum ex terra Sinear egressus est Assur, regni Assyriaci conditor Gen. X. II. II. Qui hunc locum ellipticum statuunt, et cum uersu praecedenti ratione subiecti connectunt, refutantur. III. Assur non est ex Prosapia Chami, sed Abrahami per Kethuram Gen. XXV. 3. IV. Stare haec sententia potest cum analogia diuini scriptoris. V. Belus Assyrius, cuius filius Ninus. VI. A Babylonio non diuersus. VII. Plura de Nino et eius uxore Semiramide, aetas eorum ex Herodoto. VIII. Auctor hic emendatur. IX. Alius character chronicus ex Herodoto de reditu Heraclidarum. X. Porphyrius vindicatur, XI. Ut et Iustinus, uera Sesostris aetas. XII. Herodoto obstat Ctesias, strictim afferuntur ea, quae Conringius et Cellarius contra eundem. XIII. Eius περῶν ψύδος, quo magis abusi Scriptores Ecclesiastici. XIV. Frustra Ctesiam defendit Ulricus Huberus. XV. XVI. Paulus Pezronius eius hypothesi abusus refutatur. XVII. Idea historica ex comparatione Ctesiae et Herodoti. XVIII. Imperium Assyriacum caput per Phul, Tiglath - Pileser et Salmanassar extulit. XIX. Bellum Salmanassaris Tyrium. XX. Salman

Hof. X. 14. non est nomen proprium, male cum Salmanassare confunditur filius Sennacherib ab Eusebio. XXI. Bellum Sennacheribi Aegyptiacum ex Berofo, non obscuris indicis comprobatum ex Historia sacra. XXII. Sargon apud Esaiam c. XX. I. Aegypti uastator. XXIII. confirmatur idem Nah. III. 8. XXIV. Fata eius in Iudea. XXV. Cum Taraco non congressus est, comparatur Chronologia. XXVI. Perizonius et Vitrunga dissentientes notantur. XXVII. Herodotus explicatur. XXVIII. Regni Assyriaci amplitudo.

SECTIO III.

*REGNI ASSYRIACI MVTATIONES
BABYLONIIS MEDISQUE DEFICIENTIBVS.*

I. Nabonassar ab Assyriis deficit, II. Quod ex loco Syncelli recte explicato probatur. III. Mire in eius explicatione se torquent alii. IV. Ex sententia Scaligeri Nabonassar a Medis deficit. V. Conringius et Vfferius contra existimant, eum ab Assyriis Babyloniam accepisse iure clientelari, VI. Quos fecerit Salmanassar. Marshamus ex eo facit regni Chaldaici primum Auctorem et Babylonis conditorem. VII. Nabonassar, Scripturae Baledan, Ctesiae Belitana. VIII. Tempus, quo haec gesta sunt ex Canone eruitur

eruitur Ptolemaico, quis ille Canon? IX. De-
fenditur contra Conringium et Harduinum. X.
XI. Respondetur ad Harduini argumenta. XII.
Babyloniorum exemplum sequebantur Medi, De-
iocem tandem eligentes Regem. XIII. Αναγ-
χεία Herodoto memorata abutitur Vſlerius.
XIV. Eam ueris temporum rationibus non ob-
stare, ostenditur. XV. Huberi obiectionibus
satisfit.

SECTIO IV.

*HISTORIA ASSYRIACA PER-
DVCTA AD FINEM.*

I. Assarhaddonis gesta. II. Esaias c. VII. 8.
ex ducta in Samariam colonia illustratus. III.
Patria Cuthaeorum. IV. Assarhaddonis suc-
cessores. V. Locum inter illos non habet com-
mentitius Nebucadnezar ex Libro Iudith. VI.
Historiam Iudithae semetipsam contradictioni-
bus implicare ostenditur. VII. VIII. νοθεία
eius ex parallelismo Historiae sacrae et profanae
probatur contra Montfauconium et Harduinum.
IX. Bella Chynilidani cum Medis. X. Inter
Assarhaddonis successores locum habet Sarda-
napalus, quod ex fragmento Alexandri Polyhi-
storis a uariis Syncelli corruptelis vindicato o-
stenditur. XI. A quo deficit Nabopollassar Ba-
bylonius, iunctoque cum Cyaxare foedere Sar-

danapalum uincit, et ad uiui comburium adigit, temporis nota ex Ezech. I. u. i. XII. Regis interitum sequitur casus regni et Vrbis. XIII. Chronologiam hic ualde iuuat Herodotus emendatus. XIV. XV. Nini et Sardanapali casum esse huius temporis ex circumstantiis historicis, quas Nahum praedixit, Diodorus Sic. qua euentum memorat, afferitur. XVI. Scaliger socordiae postulatur, qui minas Prophetarum non impletas uult sed remissas. XVII. Explicatur Ammianus Marcellinus.

SECTIO V.

REGNI BABYLONICI RESVRGEN- TIS HISTORIA AD NEBCAD- NEZARIS VLTIMA.

I. Nabopollaffar Babylonius uindicat patriam a Seruitute Assyriorum. II. Nebucadnezar Filius Regem Aegypti ad Charchemisch uincit. III. Marshamus, qui per Nebucadnezarem in historia Iehoiakimi et successorum Patrem Nabopoll. intelligit, refellitur ex Zach. I. 7. 12. IV. Ex chronologia seruitutis Babylonicae, annalibus Tyriis, historia Aegyptiaca. V. Iosephus Marshamo quidem non adeo fauet, sibi tamen non optime constat. VI. Clemens Alexandrinus explicatur, Eusebius contra Scaligerum uindicatur. VII. Marshamus multa in Iosepho

sepho male interpretatur. VIII. Bellum Nebu-
 cadnezaris iudaicum primum. IX. Huc spe-
 ciat fragmentum Berosi. X. XI. Dubia Perizo-
 nii indicantur et soluuntur. XII. XIII. Cum
 quo Iehoiakimi anno Nabopollaslaris ultimus
 et Nebucadnezaris primus comparandi sint, o-
 stenditur. XIV. Dissensus Vfferii et Perizonii
 refellitur ex Zach. I. c. XV. Locus propheti-
 cus a detorsionibus Vfferii vindicatur, dubium
 Perizonii submovetur. XVI. Bellum iudaicum
 II. XVII. Character chronicus abduxi Iechoniae
 2. Chron. XXXVI. u. 10. ex aliis explicatur.
 XVIII. Scaliger et Vfferius conciliantur. Ze-
 dekias diuerso respectu 10. et 11. annos regna-
 uit. XIX. Quod confirmatur ex charactere
 quodam Sabbathico apud Ieremiam, XX. Et
 aliis argumentis ex eodem Ieremia. XXI. Sca-
 liger non modo multis incommodis, dum an-
 nos saltet decem admittit, premitur, XXII.
 Sed et Vfferius, quamuis undecim statuat.
 XXIII. Bellum iudaicum III. XXIV. Pugna
 inter sacros et profanos auctores de auxiliis Ae-
 gyptiacis, quam fecit Iosephus, tollitur. XXV.
 Bellum Nebucadnezaris tyrium, eius uerum
 tempus. XXVI. Belli exitus ex mente uario-
 rum. XXVII. Dissidentes partes, suppositis ex
 Scylace supponendis, conciliantur. XXVIII.
 Fata Tyri ueteris et nouae. XXIX. Applicatio
 dictorum ad Ezechielem. XXX. Bellum ae-
 gyptiacum, quod Scriptores sacri memorant,

aegyptiaci negant. XXXI. Scaligeri, Vfferii, Perizonii conciliationes. XXXII. Aegyptiaci postulantur ex Beroto et Annaibus Tyriis. XXXIII. Megasthenis fragmentum contra Perizonium vindicatur. XXXIV. Herodotus sibi metipsi non constat. XXXV. Gesta Nebucadnezaris ciuilia. XXXVI. Delirium eius, cuius uerum tempus. XXXVII. Perizonius istud male ante tempora excidii hierosolymitani collocat. XXXVIII. Septem delirii tempora. XXXIX. Consensus ex historia profana. XL. Vaticinium a delirio minus commode discernit Vfferius, morbus ex Scriptoribus medicis utcunque illustratur.

SECTIO VI.

NEBUCADNEZARIS SUCCESSORES ET REGNI FINIS.

I. Praemonenda. II. Sententia, quae Darium Medium proxime Belsasari successisse statuit, omnis difficultatis causa hic existit. III. Vtringa, qui proximam successionem propugnat, solido destituitur argumento. IV. Hypothesis Vfferiana hac difficultate laborat. V. Xenophontis in Cyri paedie consensus non magni momenti. VI. Pugnat illa cum Ieremia et Berofo. VII. Eadem premitur Systema Scaligerianum. VIII. Libera Nabonnidi tanquam homi-

hominis Medi electio refellitur. IX. Hypothesis Conringii. X. Sententia Harduini. XI. Examen nuperae Dissertationis Lipsiensis de Dario Medo. XII. Hypothesis ab his alia ex datis Sacris et profanis omnibus ad exitum Belsazar. XIII. Gesta Nabonedi ubi Daniel et Herodotus comparantur. XIV. Belsazar Dan. VIII. est Nabonetus. XV. Regni Babylonici finis. XVI. Scaliger et Clericus, qui uim uaticiniorum hic peruerunt, notati. XVII. Cyrus regnum tradit Dario Medo. XVIII. Quod ex Megasthenie confirmatur. XIX. Regnum Medo-Persicum Marshami fictitium. XX. Veterum Scriptorum consensu destituitur. XXI. Per Sebach apud Ieremiam non Susan sed Babylon intelligenda. XXII. Errores Marshami chronologici circa VII. Hebdomadas Danielis c. IX.





A. 2.

SECTIO I.

ORIGINES IMPERII BABYLO-
NICI.

I.

Berosus, a) Beli apud Chaldaeos Sacerdos, ex Fl. Iosephi elogio, b) prisco iam aevo omnibus, qui literarum studiis operam dederunt, notissimus Scriptor, antiquam Chaldaeorum historiam, ex observationibus Babylone seruatis, tribus libris condidit, in quorum primo cum de originibus rerum secundum Chaldaeorum Φιλοσοφία exposuisset, secundo de Regibus ante diluvium uniuersale Babylone regnantibus, eorundemque successione commemorauit. c) Quam dynastiam antediluvianam, cum liber ipse interciderit, Abydeni et Apollodori fragmentum nobis seruauit, a Scaligerio graeco Eusebii chronicō insertum.

In

In quo decem Babyloniae Regibus, a Mundi exordio ad κατακλυσμὸν imperantibus, Sari CXX. attribuuntur, qui, si quilibet Sarus ex mente Beroſi, ut ait Syncellus, annis 3600. absoluatur d) 432000. annorum ſpatium complectuntur. Ad eandem annorum ſumma adſcendunt, eamque posteriorum temporum historia, additis Semideorum atque Regum hominum annis praeter Ciceronem Diodorus et Alexander Polyhistor e) adaugent, ex eodem Beroſo incredibilium annorum, myriadum ſcilicet XLVII. obſeruationes coeleſtes cum Historia Regum conjunctas, quaē fuit Babyloniorum jactantia, tradentes. Quamuis enim idem Alexander alio loco et cum eo Proclus Lycius intra annorum numerum, hoc longe minorem, ſubſtant, iſtud tamen non ex contradictione quadam, ſed uaria numerorum explicatione oriri, non uane Iacobus Perizonius f) conjectit.

a) *De Beroſo* uid. instar omnium *Gerb. Job. Vossius de Hist. Graecis* L. I. C. XIII. p. 85. lqq. et *de Hist. Lat.* L. III. C. VIII. p. 609. s. ubi de *Job. Annio Viterbiensi impostore*. *Vera Beroſi fragmenta cum notis eruditis*

ditis ad calcem operis *Ios. Iusti Scaligeri de emendatione temporum* apparent, ex *Iosepho Eusebio Syncello* collecta. Habentur quoque in *Auctario Bibliothecae Patrum coloniensis*, latinitate donata et collecta ab *Andrea Schotto*, praemissa *Casparis Varrerii siue Barrerii Censura in quendam Auctorem*, qui sub falsa inscriptione *Berosi Chaldaei circumfertur*, quae etiam in *Bibliotheca Hispanica Tomo II. Classe X.* eiusdem *Schotti* legitur, ex Lusitano in sermonem conuersa latinum, quae Romae prodiit 1565. in 4. recensita denique in *noua librorum rariorum collectione Halensi*.

- b) Lib. I. contra Apionem p. 1043.*
- c) Dilucide haec apparent ex fragmento Alexandri Polybistoris in graecis Eusebii apud Scaligerum in Thesauro Temporum p. 5.*
- d) Ita Syncellus p. 17. Chronograph. editionis Iac. Goari, ex quo locum illum Scaliger ad graeca Eusebii p. 246. Sed et Berosus Saris, Neris et Sosis annorum numerum composuit, quorum quidem Sarus ter millium et sexcentorum, Nerus sexcentorum, Sossus annorum sexaginta spatium complectitur. Saros autem centum et uiginti decem Regum aetate b. e. myriadum quadraginta trium et duorum millium collegit summam.*
- e) Loca leguntur apud Iac. Perizonium in Origg. Babylonicis C. I. p. 8. et p. 15. Codices quidam Ciceroniani longe minorem numerum*

merum legunt, sed eundem plane ex L. I.
de Diuinatione Laetantius Lib. VII. C. 14.
Instit. inferuit, obseruante Herm. Conringio
in aduersariis Chronologicis C. IX. p. 166.
Rariorum dissertationum ex museo Grae-
uiano.

f) In addendis ad origines Babyl. p. 334. sqq.

II.

Sed quam longe haec Berosi fabula ab omni uerosimili ratione abhorreat, aduersa plane ueris rerum originibus ipsis sagacioribus gentium Scriptoribus probe cognitum fuit atque perspectum. Sane Cicero jactantiam hanc stultiae uanitatis et imprudentiae condemnat et Diodorus Sic. a) non facile aliquem, qui eidem calculum sit adiecturus, ait, reperiri, eamque stare posse, negat, nisi mundi aeternitas fundamenti loco ponatur. Talia solius rationis ductu facile homines pagani agnouerunt, uera Mundi primordia, prout ea Moses, Historicus supra exemplum antiquus, pandit, ignorantes, quae absonta haec Berosi antiquitas liquido turbat et conuellit. Quam enim rerum genesin, euidentissimo θεότητος charaktere, Vir diuinus describit,

scribit, non tanto interuallo a diluio remouet ac Berosus, sed annorum saltēm 1656. spatio, in quo ea gesta memorat, quae reuelationem diuinitus factam demonstrant, et ex quibus summum ubique ueritatis studium uelut lumen ex-splendescit. Recete igitur ueteris Ecclesiae patres Lactantius, Augustinus et in primis Chronographi Christiani uastissima haec tempora sola Mosis auctoritate confutarunt, illaque tanquam manifeste fabulosa abiecerunt, cum tantum absit, ut Berosus historici probi uerique amantis partes hic impleuerit, ut potius easdem studio deseruerit, ueritate inque corruperit, id quod in mox sequentibus sumus confirmaturi.

a) Verba Diodori Lib. II. C. VIII. *Chaldaei igitur mundum sempiternum esse aiunt, neque principium habuisse, neque sortitum esse finem.* Aliter tamen intelligi uult laudatus Auctor, ut sequentia docent: *Vniuersorum ordinem atque ornatum diuina prouidentia factum, coelestia omnia non casu aut sua sponte, sed determinato quodam firmoque Deorum nutu iudicioque esse perfecta.* Conueniunt haec apprime cum Philosophia Chaldaeorum, ut ex ea de Genesi rerum exposuit

nit Alexander Polybistor apud Syncellum p. 28. ex quo tamen Diodorum corrigit Herm. Conringius in Aduers. Chron. C. IX. Scilicet ex mente Diodori formae nouitatem non uero materiae Chaldaeи crediderunt, ut ueterum plurimi reuelatione destituti intelligi debent, quando uel de mundi aeternitate uel eius initio loquuntur, interim nec nego Diodorum Sic. istud dicere uideri, non quod proprie mundi aeternitatem Chaldaeи crediderint, sed quod ex eorum iactantia ea consequatur.

III.

Diligentissimo Syncello eleganter fuit obseruatum, summam hanc annorum immanissimam a Chaldaeis et Ægyptiis, et eorum praecipuis Scriptoribus Berofo et Manethone, ex aemulationis quodam studio orbi fuisse obtrusam, quo singuli primam suae solius gentis antiquitatem immodice extulerint, alterius uero non agnouerint, falsi potius eandem arguentes, a) quae uel sola ad has ineptias refellendas sufficiunt. Exemplo sane non uno inter omnes constat, acerrimas fuisse Ægyptiorum cum Scythis, Phrygibus et Chaldaeis in primis de antiquitate contentiones, aemulationes, quarum natales in tempo-

temporibus Psammetichi, Regis Aegyptii, statuimus, cum ille peregrinis, Aegyptum libere adeundi, dedisset potestatem. Tum enim statim quaestio mota est de antiquitate Aegyptiorum, ut ex ore Sacerdotum Vulcani apud Memphitas refert Herodotus, quam inconditis duorum puerorum clamoribus, qui inter pecora educati caprinas uoces reddebat, inepto quidem experimento, *b*) dirimere uolebat Psammetichus, *c*) quo tamen opus haud fuisset, si tam certam euidentemque rerum priscarum notitiam, qualem quidem prae se ferebant, Aegyptii habuissent. Cum uero istud pro gentis gloria non faceret, eandem defendere ausi sunt Historiae patriae corruptione et non modo ex Dynastiis collateralibus fecere successuas, *d*) uerum etiam Theologiam astronomicam *e*) in subsidium uocarunt, quod clare cernitur in uetusto quodam Chronico apud Syncellum, cuius ductum in plurimis Manetho Sebennyta, fabularum artifex satis famosus, secutus est. *f*) Tali ratione Aegyptiorum antiquitates in immensum assurgebant, sed ex altera parte

fecta est, historiam suam scripsisse, atque computum τῶν ὁ, qualis nunc est, tunc iam fuisse talem, supponit. Quae, si rite se tueri queant, Berosus ab amicabili cum Scriptura concordia prope abest, uerum dolendum est, grauissima dubia et hanc uiam reddere impeditam et fere impossibilem.

a) In *Expositione Symboli apostolici* in notis p. 106. l. Codex uaticanus ita legit : *ἅρος μύτερον καὶ αὐτιθμὸς παρὰ Χαλδαῖοις, οἱ γαρ ἐκ τοῦ Κάρος ποιηστιν ἔνιαυτὸς Βασιβ, κατὰ τὴν Χαλδαῖων ψῆφον, ἐπειδὴ οὐ Κάρος ποιεῖ μήνας σεληνιακῶν συβ, οἵοι γίνονται ἡ ἔνιαυτοι καὶ μῆνες ἔξ. Vbi pro Βασιβ substituit Pearsonius Βασιβ omittens β posterius, quod abundare diuisio arithmeticā docet.*

b) In *Emendatione et notis in tria loca Pliniū uitiosa*, quae ex *Transactionibus anglicanis* A. 1691. in *Acta Er. Lips.* A. 1692. p. 529. translatae. In uerbis Plinii L. II. C. 13. defecus Solis et Lunae CCXXII mensibus redire in suos orbēs certum est, legit menses CCXXIII, quos ad hanc periodum requiri rationibus astronomicis conficit Vir laudatus. Ex quo et locum *Suidae* emendat, quem credit ad eum conformatum, legitque menses CCXXIII, ex consensu *Codicis Chifflebiani*,

ni, teste Dalecampio et Codice regiae Societatis e Bibliotheca Nordfolciana satis uetus.

c) In *Origg. Sacris L. I. C. IV.* p. 153. sq.

IX.

Berosi sententiam clare expressit Syncellus, loco supra allegato, et ita quidem, ut cum immoda tot annorum iactantia bene conueniat, quam CXX Sari ex opinione Suidae non attingunt. Quamuis, ne quid dissimulem, non ideo fidem Suidae sollicitamus, qui, ex opinione Edmundi Halleii, per Saros periodum renouatarum et in orbem redeuntium Eclipsum intellexit, siquidem omnem periodicam coelestium corporum reuolutionem Chaldaeis Sari nomine notatam, uel ex nomine coniicit Vir doctus. Quae si uera sint, nec litem mouebimus Isaaco Iaquelotio, a) qui Saros ab Aegyptiorum Thoth siue Cyclo annorum 1460 non diuersos statuit, idque hac de causa, quod a Canicula nomen ille Cyclus acceperit, Arabibus Al-Shaari uocata. Verum Syncellus, b) quem Eusebium sedulo secutum nouimus, myriadas Berosi, tot Saris superstru-

structas, diserte de Zodiaci siue Sphaerae stellarum fixarum ad primum, quem in initio rerum obtinuit, situm recursu, qui Astronomis annus magnus dicitur, interpretatur. Pro hypothesi igitur, quam fuit, Berosus astrologica, quaque, Seneca teste, c) omnia sidera in Capricorno concurrentia, inundationem, in Cancro uero conflagrationem necessario efficere arbitratus est, ante diluvium, cuius egregia inter Chaldaeos testimonia atque documenta prostabant, quandam ἀποκατάσασιν κοσμικὴν semel iam exactam, supponere coactus fuit. Quod argumento est, inutiles esse Vitorum doctorum conatus, qui Berosi cum Historia sacra conciliationem hac in re meditantur, periodus enim haec, quibuscunque ingenii lusibus eam exornet Scaliger, d) nunquam in usu fuit, sed Berosus eandem, tanquam instituto suo inferuientem, inepte postulauit.

a) In Dissertationibus de Existentia Dei. C. XIX.

b) Syncellus p. 17. ὅτοι μυριάδας ετῶν παρεληλυθέναι απὸ τῆς κοσμικῆς γενετεώς κατὰ τὴν παρά αὐτοῖς μυθικὴν τῷ ζωδιακῷ ἐπὶ τὰ ἐναντία κίνησιν ἀπὸ τῆς αεχῆς τῷ κερικῷ, καὶ πάλιν εἰς αὐτὴν ἀποκατάσασιν.

c) Lib. III. C. XXIX. *Naturalium Quaest.* p. 720. ed. *Andreae Schotti*: *Berosus*, qui *Bellum interpretatus*, ait cursu siderum ista fieri: et adeo quidem id affirmat, ut conflagrationi atque diluvio tempus assignet: *arsura enim terrena contendit*, quando omnia sidera, quae nunc diuersos agunt cursus, in cancrum conuenerint, sic sub eodem posita uestigio, ut recta linea exire per orbes omnium possit: inundationem futuram, cum eadem siderum turba in Capricornum conuenerit. Clarius ex Systemate anni magni haec edisserit *Censorinus de die Natali C. XVIII.* Est praeterea annus, quem Aristoteles maximum potius, quam magnum appellat; quem Solis, et Lunae, uagaturumque Stellarum quinque orbes conficiunt, cum ad idem signum, ubi quondam simul fuerunt, una referuntur; cuius anni hyems summa est ηατακλυσμός, quam nostri diluisionem uocant, aestas autem ἐκπύρωσις, quod est mundi incendium. Nam his alternis temporibus mundus tum exignescere, tum exaqueescere uidetur, et quae sequuntur.

d) Lib. III. *Canon. Isagog.* p. 248. seq.

X.

Secundo loco ad aetatem Berosi convertimur, quem Stillingfleet circa Ptolomei Philadelphi tempora uixisse falso existi-

existimat, in quem errorem Viros quos-dam eruditos induxit locū Tatiani, *a)* quem corruptum dicere malim, quam plane falsum, ut ex mox sequentibus apparebit. Inprimis hic aduerti debet elegans explicatio Conradi Gesneri eiusque sectatorum, Onuphrii Panuinii, *b)* Iacobi Perizonii, *c)* qui uerba Tatiani : *Kατ' Αλέξανδρον γενόμενος*, eum Alexandri tempore uixisse et floruisse interpretantur, id quod ipse Berosus postulat, qui, sub initium Historiae Chaldaicae, se tempore Alexandri M. uirilem aetatem egisse, liquido testatur. *d)* Cui sententiae etiam Syncellus accedit, *e)* qui Manethonem, cuius aetas citra controuersiam ex epistola dedicatoria Librorum eius ad Ptolomaeum Philadelphum facta constat, *f)* post Berosum uixisse memorat. Et quamuis ille alio in loco dubie hac de re loquatur, *g)* id tamen, non obstat, quo in loco Tatiani hanc laciniam, quae nobis ualde aduersatur, quod sc. *Antiochō Soteri suam historiam Berosus prescripserit*, ab aliena manu adiectam, haud temere statuamus. Non enim satis intelligi potest, quare Tatianus scrupuloſe

inquisuerit in tempus nativitatis uel ἡλικίας Berosi, ubi Scriptoris aetas, ex dedicatione ad Antiochum Sotera, si uera ea fuisset, satis plana, obiter saltem tangenda fuit. Mirum quoque, quod Eusebius, cui quidem ipsum Berosum conferre licuit, in aetate eius consignanda non ipsum Berosum, ex quo longe certius erudiri potuisset, sed Tatianum eius rei testem aduocet, atque lectionem eiusdem loci a nostris Codicibus plane diuersam habeat, b) non obscuro indicio, uel Tatianum ipsum hic coniecturas incertumque rumorem secutum, uel falsam τὰς γενόμενος explicationem librario occasionem dedisse, Tatianum pro arbitrio emendandi, in quo, si uaria lectio haec prorsus omittatur, sensus sponte fluit, et Tatianus cum aliis ueterum de aetate Berosi testimoniis egregie conspirat. Cuius rei et ad hanc in primis habemus causam, quod, si Berossus post Alexandri M. tempora scripserit, inepta prorsus fuisset gloriatio, haberri apud Babylonios tot myriadum observationes, cum graeci Babyloniam iam intrassent uictores, quibus uerae obserua-

seruationes non poterant non esse cognitae. Vedit hoc sine dubio Claudio Verderius, Scriptorum alias non quidem idoneus castigator, qui Berosum paulo ante Principatum Alexandri scripsisse asserit, cui Georg. Dan. Morhofius, ⁱ⁾ Ioh. Harduinus adsentiunt. Ex quo etiam conciliationem, quam Gerh. Ioh. Vossius, Iacobus Perizonius afferrunt, quaque Berosum quidem sub Alessandro floruisse, sed in decrepita demum senectute sub Antiochis scripsisse, affirmant, inutilem esse, liquet. Denique Plinii locus corruptus, quo Vossius et alii etiam in hoc negotio abutuntur, neque Tatianum defendit, neque auxilium ab eo uicissim accipit, quod ex sequentibus dilucidius patebit.

a) In *Oratione aduersus gentes* p. 58. et apud *Eusebium de Praeparatione Evangelica* Lib. X. Βηρωστὸς - - κατ' Αλέξανδρον γενόμενος, Αυτιόχῳ τῷ μετ' αὐτὸν τείτῳ τὴν χαλδαιῶν ἴσοριαν ἐν τρισὶ βιβλίοις κατατάξας.

b) Apud *Vossum de Historicis graecis* L. I. C. 13. p. 86.

c) In *Origg. Babyl.* C. I. p. 14. sqq. et in *addendis* p. 333. sq. adiicio similem locum ex *Aeliano de Darete Phrygio*, quem bello Troiano

iāo intertūlī ferunt, Lib. II. Var. C. 2.
 $\lambda\acute{e}γ\sigma\iota\pi\acute{e}\theta\Omega\mu\acute{e}g\kappa\alpha\jmath\tau\acute{e}\tau\alpha\gamma\acute{e}\vartheta\alpha\jmath.$ Aiunt
 etiam hunc ante Homerum extitisse.

- d) In fragmento *Alexandri Polybistoris* apud *Scaligerum* p. 5. et *Syn cellulm* p. 14.
- e) In *Cronographia* p. 40.
- f) l. c. p. 18.
- g) p. 16. de *Manethone* : ad imitationem *Beroſū*
iisdem ferme temporibus uel paulo post.
- h) Legit enim *Eusebius* : *Αντιόχω τῷ μετὰ Εσ-*
λευκον τρίτῳ.
- i) *Tom. I. Polyb. Lib. I. C. VI.* p. 48.

XI.

Tertio tandem ad id, quod caput rei est, deueniamus, an sc. Beroſus fecutus sit uersionis graecae calculos. Non est, ut ex modo allatis ad conjecturam istam respondeamus, uel in natales huius uersionis inquiramus, quod alienum foret ab instituto praesenti, sed Stillingfleetio potius incumbit, ut computum eius a corruptelis, quibus subiacet, liberet, uel illas statim ab initio adfuiffe, doceat. Corruptionem autem manifeſte prodit aetas Mathusalāh, ut legitur apud LXX, quae, stante hoc calculo, diluuium necessario supergreditur, quod omnes Critici, tanquam manifeſte abſolum,

num, ex textu hebraeo emendant. Nolle
tamen ego graecis his interpreti-
bus, quales quales demum fuerint,
hanc labem cum Sam. Petito *a)* ad-
spergere, quasi de industria numeros
Mosaicos mutari^{nt}, ne Aegyptiorum
gloriationi de antiquitate Dynastiarum
suarum aliquid concedere uiderentur, alii
alias coniecturas sectantur, de quibus
hic non est exponendi locus.

a) Variarum Lett. Lib. IV. C. 6. Idem cum Pe-
tito sentiunt Ioh. Meyerus in *Prolegomenis*
ad Seder Olam Dissert. I. §. 6. p. 125. et
Petrus Brinchius in Examine Chronologiae et
Historiae Iosephi C. I. §. V. p. 4.

XII.

Restat, ut ad eos accedamus, qui
Berosum ex ipso Beroſo conuellere, e-
umque propriis, quod aiunt, pennis fe-
rire contendunt. Hermannus Conrin-
gius *a)* Ioh. Marshamus, *b)* Henricus
Doduellus, *c)* Ioh. Clericus *d)* alii-
que obseruant, Plinium Hist. Nat. VII. 56.
scripsisse, quod Berossus et Critodemus
annorum 480. obseruationes siderum
coctilibus laterculis inscriptas apud Ba-
bylonios superesse doceant, quos illi de-

Aera Nabonassarea interpretati, in ipsum Berosi detrimentum conuertunt, et ex propria confessione, ut aiunt, iactantiam eius apud Scriptores alios refellunt. Verum Jacobus Perizonius *e)* ex ipsa loci Pliniani συναρχίᾳ prorsus contrarium elicit, scite ex uerbis hisce, quae Plinius subiicit: *ex quibus appareat aeternus literarum usus*, confirmans, uitio librarii deesse millenarii notam, ut hac sane ratione Plinii numerus ad Diodori, Ciceronis, Alexandri Polyhistoris summam melius comparari queat, quas rationes Petro Baelio, Campegio Vitringa omnino persuasit. Evidem Ioh. Harduinus, ad cuius consensum Perizonius prouocat, huius emendationis necessitatem probe perspexit, in elegan-
tissima Plinii editione, *f)* eam tamen iterum deseruit, rectius cum omnibus libris editis et manu exaratis suetam lectionem retinendam arbitratus, tametsi olim, ut ait, falso alterius Scriptoris admonitu, aliter eandem edi curauerit. Interim non ad annos aerae Nabonassareae, ut Marshamus et Doduellus, sed *Vrbis conditae Epocham* numerum 480
anno-

annorum Berosum consignasse credit, et id tandem elicit, *Berosum similiter Babyloniorum obseruationes negare fuisse huiusmodi nisi ante annum V. C. 410. b. e. paucis ante annis quam Alexander M. regnaret*, cui Berosum aequalem fuisse ex hoc intelligatur, g) quae certe futilia sunt, et tanto Viro prorsus indigna. Denique Syncellus quibusdam ex Beroſo atque Alexandro Polyhistore referre uidetur, quasi Nabonassar rerum ante se gestarum monumenta corruperit, quaerunt inde Viri docti, unde suas obseruationes Berosus? Sed haec suo loco referuanda sunt, ubi forte rectius Syncel lum explicabimus, ut locum non habeat contradictio, quam sibi in Beroſo reperisse, credunt.

- a) In aduersariis Chron. C. X.
- b) In Canone Chronicō p. 504.
- c) In appendice ad Dissertationes Cyprianicas §. 24.
- d) In indice ad Stanleium uoce Berosus.
- e) In Origg. Babyl. C. I. p. 9. sqq. locum Plinii transcribere supersedemus, est enim notissimus.
- f) Ad Plinium Tomo II. p. 134. n. 157. ait :
Certe

Certe annorum millia locus ipse postulare uidetur, non annos.

g) *In Chronologia V. T. numis illustrata ad Annum ante C. N. 644. Olymp. 37. V.C. 110. p.*

XIII.

Quae uero huc usque disputauimus, non eo comparata sunt, ut omnem Chaldaeis antiquitatem, quod quidem Ioh. Marshamum, ex nimio in Agyptios studio, fecisse constat, negemus, id, quod nec diuinus uates Ieremias permitteret, cui Chaldaeи *populus a Seculo* appellantur, sed fabularum tenebras emensi, proprius nunc accedimus ad historiae lucem, uerasque imperii Babylonici origines, quae pleno quidem iubare in scriptis Mosaicis resplendent, per radios tamen emicant ex ipso Beroso, ut uidebimus infra. Spectabimus uero istas, praeeunte diuino Scriptore, tum quoad occasiones remotas, tum quoad proximas, unde exordium fiet ab itinere Noachidarum, quod post diluvium ex montibus Ararat uersus terram Sinear a) fecere, ut legitur Gen. XI. 2. Istud extra controversiam positum est, per terram Sinear c. l. tractum quendam

dam Babyloniae significari, sed cum Interpretes ductu Chaldaicorum auctorum per montes Ararat intelligant montes Armeniae Gordyaeos, b) ut antiquis Geographis uocantur, hique montes respectu terrae Sinear aquilonares sint, difficillimum subortum est dubium, quomodo Noachi posteri, ex his montibus uersus terram Sinear tendentes, Orientem uersus profecti a Mose dicantur. Ut libere dicam, quid sentiam, c) Kedem apud Mosen non plagae, sed terrae, cuius postea pars Sinear et urbs Babylon, nomen est, quam ἀνατολὴν appellatam fuisse crediderim propter primos incolas Chusitas, quarum duplicem progeniem fuisse, constat, cumque alii, qui uersus occidentem inhabitarunt, dicti fuerint Arabes siue occidentales, alias uersus Orientem magis et quidem circa Babyloniam incolentes, distinctionis ergo Cadmaeos siue Orientales appellatos, ipsamque terram nomen Kedem retulisse, haud uane sentio.

a) *Hestiaeus Milesius*, rerum Phoeniciarum scriptor uetus, meminit Σέννααρ τῆς Βαλυλωνίας apud *Iosephum* Lib. I. C. V. Antiqu. notissimo loco,

b) Vid.

- b) Vid. *Bochartus in Phaleg.* L. l. C. 3. p. 13. sqq.
 c) Sententias *Bocharti, Cappelli, Huetii et aliorum studio praetermitto.*

XIV.

Aduenientes in has terras Noachidae statim consilia capiunt de turri editissima condenda, a) cuius rei causam reddunt ipsi Gen. XI. 4. ubi tamen recentiores interpretes nexus uerborum non satis percipiunt, ut sensus commodus elici inde queat. Scilicet difficultates quasdam peperit particula $\tau\delta$, quam necessario per $\tau\delta$ ne explicandam duxerunt, non autem per $\tau\delta$ *antequam*, ut interpretes graeci, quos secuti sunt Philo et Ecclesiae Patres quamplurimi. b) Quid enim aiunt nominis quaedam fama ad auertendam, si qua imminebat, dispersionem? Iacobus igitur Perizonius, c) ut alios praetermittam, Aben Esram et Tostatum Abulensem secutus, ad durissimam se uertit $\tau\delta$ $\square\psi$ explicationem, aitque, id uelle Mosen cit. loc. homines turrim istam, longe eminentem, signi loco posuisse in aequabili et plana terra, quo suis in longinqua errantibus loca declaretur, simul-

mulac intra circulum , unde conspici illud possent, rediissent, ubi esset eorum urbs, sedes fixa, quo itinere ea sit repetenda. Et quamuis ab ingenio commendari mereatur hypothesis ista, non tamen fauentem habet phraseos istius usum: *faciamus nobis nomen*, quam integrum et in locis parallelis omnino spectandam iubet ^{a)} S. V. Sal. Deylingius. Interim non plane abiicienda ea est, si sacrum Scriptorem elliptice locutum statuamus, ita ut duplex fuerit Noachidarum consilium, alterum de faciendo sibi nomine, alterum de impedientia suorum dispersione fortuita, quam explicationem post Andream Riuetum, Ioh. Marshamum, Ioh. Clericum attulit idem Sal. Deylingius. Sane istorum hominum in scelera denuo conspirantium ingenio atque stylo sacro, in quo admodum frequens est ellipsis copulatiuae, exegesis ista respondere uidetur.

^{a)} De turri Babylonica peculiari opere exposuit *Atbanasius Kircherus* Amstelodami 1673. in F. Operosus in eius descriptione est *Sam. Bocchartus* in Phaleg. Lib. I. C. IX. sqq. *Nicol. Gurtlerus* in *Origg. Mundi* L. I. C. 9. §. 20. sqq. *Phrasus Mosis*: cuius caput coelum attingat, non

non male quidem ex Poëtis graecis *Bochartus* illustrat, quibus addi potest *Callimachus Hymno in Cererem* u. 38. *Hς δε τις αἴγειρος, μέγα δένδρεον, αἴθέρι κύρον,* erat quaedam populus, magna arbor, coelum contingens; potest tamen de Turri proprie dici, quod aërem eminens, fluidum aethereum, aëri proximum, attigerit.

- b) *Lutherus* uertit per vielleicht adiutus loco parallelo z. Reg. II. 6. ubi particula haec cum fluctuatione animi affirmat.
- c) *In Origg. Babylonicis* C. X. sqq.
- d) *In Observationibus Sacris* Tom. III. Obseru. IV. §. 15. p. 28. sqq.

XV.

Ad perimenda haec molimina linguarum confusionem aedificantibus diuina uirtus immisit, de qua uaria iam olim fuit *Philosophia Philonis.* a) Nostro tempore istud in controuersiam abiit: numne ista confusio de animorum disiunctione intelligi queat, uel, si proprie sit accipienda, an durauerit illa inter gentes a se inuicem secedentes, ita quidem, ut cuilibet coloniae peculiaris fuerit dialectus. Res nobis in primis est cum Iacobo Perizonio, qui non modo allegorismos quo suis ab historico

Mosis

Mosis stylo abesse iubet , sed et docte contra dissentientes quosuis aduertit , nouem priora commata Capitis XI. proximum superius Caput X. respicere , ita quidem , ut causam reddat Moses C. XI. quare et quomodo Posteri Noachi in gentes , linguas atque terras fuerint diuisi , quod dixerat Capite praecedenti . *b)* Idem tamen Vir doctus negat , *c)* hanc σύγχυσιν linguarum fuisse durabilem , sed eandem iterum , cum a proposito desisterent homines , statuit , cessasse , propterea , quod contraria sententia , qua illa permanens fuisse dicitur , haud obscure Mosi repugnet , qui confusionem inter singulos , ita ut alter alterum intelligere non potuerit , non uero inter familias fuisse ait , habeatque temporum posteriorum historiam contradicentem , quae totius fere Orientis unam eandemque fuisse linguam , clare doceat . Quod uero ad ultimum attinet dubium , quod Campadius Vitringa in primis sententiae communis obuertit , *d)* putarem rem esse a Viris doctis confectam , *e)* nec prius tanti est ponderis , ut communis sententiae patronus uictas manus porrigit . Quam-

uis enim sub initium aedificantium linguae ita fuerint confusae, ut alter alterum non intelligeret, postea tamen inter familias secum iunctas et in colonias abeuntes dialectos diuersas, a stirpe communi linguaque primaeua non plane alienas, ex his ipsis linguis confusis, singulari Dei prouidentia rem sic ordinante, exortas fuisse, credere iubet totius historiae mosaicae συνάφεια, quam ipse Perizonius in tuto collocauit, nunc uero iterum conuellit. Quaerentibus enim, quare igitur secesserint Noachidae, a dispersione tantopere abhorrentes, cum pristinam linguam, societatis uinculum, receperint? id sponte ab iis, tanto miraculo territis, factum esse respondet. At Moses coactos fuisse dicit C. XI. 8. f) ipsamque dispersionem cum confusione linguarum tam arcte connectit, ut liquido appareat, hanc istius fuisse causam, non uero quoddam saltem antecedens, ut uoluit Perizonius.

a) Peculiari Libro περὶ συγχύσεος τῶν διαλέγων, quo quidem recentiores abutuntur.

b) in *Origg. Babyl.* C. XIV. p. 280. sqq.

c) L. c. C. XIII. p. 269. sqq.

d) *Observationum Sacrarum* Lib. I. Dissert. I.

C. I, II. et IX.

e) Vid.

- e) Vid. S. V. Vol. Ern. Loescherus de causis linguae hebraeae C. II. §. 3. p. 9. sqq. et C. IV, toto, instar omnium.
- f) Ipse Perizonius, quamuis multis exemplis γνῶμα fortuitam imo uoluntariam dispersionem notare asseruisset, hoc loco tamen secessiōnem necopinam et necessariam designari admittit Origg. Bab. C. X. p. 163. sqq. Eius tamen hypothesin haud obscure probat Job. Franciscus Buddeus in H. E. V. T. Tom. I. Sect. II. §. 9. p. 214. sq. quamuis Sect. I. §. 2. p. 64. originem diuersitatis linguarum non nisi ex mosaico Systemate explicari posse affirmet, ex mente uero Perizonii diuersitas linguarum causas habet mere naturales, de quibus Vitrina cit. loco C. VIII. Olaus Borrichius in peculiari de causis diuersitatis linguarum dissertatione Ienae 1704. in 8. recusa. Contrarium eleganter adstruxit Eduardus Stillingfleet in Origg. sacris L. III. C. V. p. 1141. sqq.

XVI.

Gentes hac ratione dispersas, nomen Vrbis, ad turrim exstructae, Babel inde enatum, sacer Scriptor memorat Gen. XI. 9. Temporis autem notam, quo haec gesta sunt, in nativitate Peleg, filii Eber, Gen. X. 25. collocat, quem constat natum esse anno post diluvium centesimo primo. Difficultates, quas

quidam hoc in loco sibi uisi sunt reperiisse , cum uel nullae sint , uel hypotheses saltē turbent , temere effectas , studio praetermittimus , quibus quidem omnibus abunde satisfecit Jacobus Perizonius. *a)* Regni nunc Babylonici origines clare édisslerit Moses C. X. 8.9.10 , ubi ait : Nimrodum Chusi filium , qui in terra potens esse coeperit , fueritque uenator potens coram Domino , initium regnandi fecisse Babylone in terra Sinear , additis urbibus regni praecipuis , Erech , Acad et Calne , quae non male illustrat Iosephus L. I. C. VII. quando Nimrodum , facta gentium dispersione , apud Babylonios mansisse et tyrannidem arripuisse refert . Ex quo dilucide apparet , regni Babylonici fundamenta posita fuisse Seculo post diluvium secundo . Coniectura uero Nicolai Abrami , qui Nimrodo iam ante dispersionem regnum quoddam tribuit , cum nulla idonea ratione nitatur , nos non egere , cum Perizonio *b)* existimamus .

a) In *Origg. Bab.* C. XIV. p. 307. sqq.

b) l. c. p. 320. sqq.

XVII.

Dum autem Nimrod uenator potens

tens appellatur, id apud interpretes omnēs occasionem uiamque ad imperium notat, diuersa quamuis ratione. Interpretibus antiquioribus plerisque uersio graeca placuit, quae istud נִמְרוֹד apud Sacrum Scriptorem reddidit uenatorem gigantem, unde facilis subnata est, et iusta quoque Nimrodi cum gigantibus antediluvianis, hominibus laevis et truculentis, comparatio. Accessit opinio, Venatorem coram Domino, idem esse, ac contra Dominum, unde Nimrod iniustissimus hominum piorumque in primis suppressor, primusque post diluuium Tyrannus, non sine infamia, passim audit. Sed recentiores quidam, utut Nimrodo pios inter locum non concedant, quod ne nomen quidem, ut pote rebellionis notionem habens, permettere uidetur, eum uenatorem proprie talem, ipsamque uenationem ad imperium perueniendi medium fuisse, contendunt, in quo praeeuntes habent ueteres quosdam interpretes Iudeos et Arabes, quorum mentionem apud Hottingerum iniici, memini. Scilicet a ferarum insultibus tutos Nimrodom praestitisse

homines, aiunt, qui sub dio uiuentes, et pascendis gregibus intenti, portentis ferarum exponebantur, quibus Babylo-
nia et Arabia scatent, unde existimatio, potentia, factio et regnum, perinde, ut per uenationem Hercules, Leonem Nemeum, aprum Erymanthium occi-
dendo, imo plerique graeciae heroës, ma-
gni fieri coeperint.^{a)} Addidit Ioh. Drusius aliam obseruationem, locutionem hanc, *coram Domino* prouerbialē esse, quae ua-
riis rebus iungatur uario sensu, reique intensionem et excellentiam notet, quam multis exemplis comprobauit ipse Dru-
sius, aliquie ipsum fecuti.

a) Vid. *Iacobus Perizonius Origg. Babyl. C.* XII. p. 230. sqq.

b) In *proverbiis Sacris Classe I.* Lib. I. adde ta-
men propter celebrem locum Ionae III. 3. *Iaco-
bum Gussatum in Commentario linguae he-
braeae uoce אלְהוּם p. 66.* B. qui diligentiam
atque ingenium, iudicio theologico tempe-
ratum, abunde probauit.

XVIII.

Verum neque phrasī biblicae sen-
tentia haec a Perizoneo potissimum or-
nata, satisfacit, neque simili Herculis
exemplo satis confirmatur. Quod ad
prius

prius attinet, Interpres quidam antiquus, quem Drusius Symmachum existimat, uenatorem hunc *βίασον* uiolentum appellat in Hexaplis Origenianis Monfauconii, quo nomine ipsi quoque ueniunt Nephilim, saeui ante diluuium homines. Nec infrequens est uiolentos aliorum oppressores in sacris a uenatione appellari, prouoco ad loca Ier. XVI. 16. Thren. IV. 18. qualis igitur et Nimrod extitit, et quidem in conspectu siue facie Dei, ex quo eundem Ecclesiae hostem, in qua singularis Dei est manifestatio, facies Dei in Scripturis appellata, fuisse, nostrates recte colligunt. Quod uero de Hercule attulit Perizonius, inter cuius insignia facta et uenatio recensetur, falsissimus est, quod proprie hic ueteres interpretandos iubeat, cum Dio Chrysostomus, a) Herculem, non ob prostratas noxias feras, sed ob Tyrannos et sceleratos ab eo punitos *Αλεξίπανον* et *σωτῆρα* cognominatum, atque principatui ideo custodem datum fuisse, memoret, imo ad medicinam, quam fecit Hercules, curatos dormitosque ab eo desperatos morbos o-

mnem eius uenationem Georgius Wolfgang Wedelius, b) non inuitis Scriptoribus antiquis, trahit, ex quo, Perizonium exemplo minus idoneo, atque sibi meti si contrario, ad illustrandam sententiam usum fuisse, constabit.

a) *Oratione I. p. 17. Iuno etiam ad Dianam apud Callimachum Hymno in Dianam. u. 153.*

Βάλλε κακάς ἐπὶ Θῆρας, ἵνα θυητοῖσι
βοηθὸν,

Ως ἐμὲ πιλήσκωσιν
Feri noxias feras, ut mortales te auxiliaricem

Sicuti me, inuocent

Vid. ad h. l. *Ezechiel Spanbemius in Observationibus p. 237. sq.*

b) Peculiariter de Hercule Medico programmatae.

XIX.

Talia fuerunt Babyloniorum primordia, ductu Mosis, quae auctoritas diuina tuetur, atque *ἰδίᾳ ἐπιλύσει*, prohibet, euerti, ab ipsa rei gestae ueritate prope absunt Scriptores profani, quorum quidem testimonia tam amice cum historia sacra conspirant, ut sacer Scriptor plagi, impiene dicam an inepte? postulatus fuerit a Celso Philosopho et Imp. Iuliano, quorum hunc Cyrillus

Ale-

Alexandrinus, illum Origenes, castigantur. Luculenta sunt, quae cum Sybylla apud Iosephum, tum etiam Abydenus atque Eupolemus *a)* de turri Babylonica et primis Vrbis Originibus. Exstructam scilicet, memorant, urbem atque turrim ab hominibus a diluvio seruatis, qui cum una lingua uterentur, et proposito acriter insisterent, per linguarum confusionem in uniuersam terram fuerint dispersi, turrim autem coelo iam proximam a uentis, Diis subuentibus, fuisse subuersam *b)* et ruinis Babyloniae nomen impositum. Turrim certe immensae altitudinis Babylon olim inter miracula sua numerauit, cuius adiumento siderum contemplationi uacarunt Chaldaeи ex Herodoti, *c)* Diodori Siculi, *d)* Arriani *e)* aliorumque testimonio, quamque a Mosaica haud diuersam fuisse *f)*. Viri docti non nequicquam arbitrantur. Etiam Platonem in testimonium aduocat Colbergius, *g)* cui turris nostrae memoriam ille attulisse uidetur in conuiuio. Sed uerbis opus haud esset, si rerum testimonia, quae adhuc supersunt, certa satis atque tuta sint.

Sane Petrus de la Valle Patricius Romanus , qui anno 1614. personam Sancti uiatoris induens , itinere undecim annorum totum fere Orientem emensus est, in Itinerario rem miram exponit, b) in media sc. planicie sterili et uirgultis quibusdam consita non procul ab Euphrate , eo circiter loco , quo Babylon stetit , ingentem aedificii collapsi molem , ait inueniri , forma quadrata, quae in circuitu quadrantem milliaris, siue passus communes MCXXXIV habeat, cuius mensura situs forma conueniant cum iis , quae Strabo de Sepulchro Belli, et Herodotus de eiusdem templo , materiamque ruderum terrae , ab Hispanis Tappie nominatae , fuisse similimam. Alia, quae Arabes accolae de reliquiis magnae huius turris Tauerne-rio narrauerunt , ille quidem sincere tradidit, de rei ueritate tamen subdu-bitat , incertus sc. num potius *pro Turri Nimrodi* reliquias operis cuiusdam , a uagabundis Arabibus longo post tem-pore excitati , inuenierit. Dignissimae tamen sunt Rauwolffii de iisdem reli-quii obseruationes apud Humfredum Prie-

Priedeaux, *i*) quae curatius expendantur, atque ad uaticinium Ieremiae de Babylone draconum atque serpentum olim domicilio comparentur.

- a) Lib. I. contra Apionem et Antiqu. L. I. C. V.*
quae ex *Abydeno Eusebius Praep. Eu. L. IX.*
C. 14. Cyrillus L. I. contra Julianum, et in
graecis Eusebii apud Scaligerum p. 13.
- b) Bochartus hic eleganter notat Geogr. Sacr.*
L. I. C. XIII. p. 46. cum de subuersione
turris Scriptura taceat, turrim diu post dis-
persiōnē mansisse integrā destructionē-
que ex historia chaldaica desumtam, in qua
lectum fuerit, factam esse dissipationē per
quatuor uentos coelorum, i. e. in quatuor
mundi plagas, ut habetur Gen. XI. 8.
- c) Lib. I. C. 181. Ioui Templum aereis*
portis mea nunc etiam aetate existit, duorum
undecunque stadiorum amplitudine, figura
quadrata. In sacri medio turris solida cras-
itudine simul et altitudine stadii, cui alia rur-
sus superimposita turris et huic subinde alia
ad octauam usque. His forinsecus scalae sunt
in circuitu adhibitae, per quas ad turres sin-
gulas* concenditur.
- d) Lib. II. In medio urbis templum Ioui erexit*
Semiramis, quem uocant Babylonii Belum, de
quo cum et Scriptores discordent, iet opus
ipsum ueritate collapsum sit, certi nihil pro-
nun-

nunciari potest. Constat tamen ob ejus mirandam altitudinem a Chaldaeis astrorum in eo obseruationes esse factas. Id ex latere et aspalte (Gen. XI. 3.) summa arte magnaque impensa est constructum.

- e) De rebus gestis Alexandri M. L. VII.
- f) Hieronymus Lib. V. in Esaiam: Arx, id est Capitolium illius urbis est turris, quae aedificata post diluuium. Notanter quoque Berossus apud Iosephum Lib. II. contra Apionem Βῆλος ἵστηται Nebucadnezare exornatum saltem fuisse, spoliis a gentibus reportatis, magnifica uero Babylonis opera a Semiramide excitata, contra graecos negat. Bene Hermannus Conringius Aduers. Chron. C. XI. Dignum animaduersione est, a nemine scriptorum strituram turris alicui Regum attribui, quam tamen ita describit Herodotus, ut prope fidem supereret. Verisimile sane hinc sit, illam Herodoto laudatam turrim esse illam Babyloniam, tanta mole post diluuium structam, sequente demum aetate quasi redintegratam. Certe rudera ejus longe uetustissima Babylonicae turris, saltem ejus, cuius meminit Herodotus, superant bodieque, inaccessa tamen ob serpentum aliorumque uenenatorum animalium copiam, in aestate quidem, non ita in hieme.
- g) De Sapientia Hebraeorum per totum orbem dispersa Dissert. I. §. 2. p. 3. sq.
- b) Part. I. p. 199. sq.

i) In

i) In *Historia V. et N. I. in Historia Iudeorum et vicinarum gentium connexa* Part. I. Lib. VIII. p. 718 sq.

XX.

Etenim Hermannus Hardtius, a) ueterum testimoniis, quae Berosum potissimum auctorem habent, parum tribuit, dum falli eos existimat, qui sibi persuadent, Berosum talia scribentem ad manus habuisse uetus Chaldaeorum tabulas, in quibus ea, quae prodidit, fuerint consignata, sed esse ea ex ipsis sacris literis per plagium quoddam surrepta. Largiamur hoc illi et ueteris Ecclesiae Patribus, qui idem cum eo sentiunt, ut de Chaldaeis et Phoenicibus plane alia credere iubeat Iosephus, b) qui eos res gestas studiosissime in libros et tabulas publicas redegisse, testatur, ipseque Berossus aduocet in testimonium observationes et annotationes multorum annorum apud Babylonios asseruatas, atque ab Alexandro quoque repertas, de quibus conferri meretur Campegius Vitringa. c) Tantum uero abest, ut ita causae nostrae aliquid eripiatur, ut ea potius suffulciatur atque confirmetur. Si

Si enim Berossus historiam patriam traditurus, ex proprietum monimentorum defectu auxilia a Iudeis petere coactus fuit, consequitur plane, ea, quae contra Historiae sacrae ueritatem ex iis afferuntur, nihil aliud esse, quam Scriptorum Mose longe recentiorum inania commenta. Quod si autem Chaldaeis quaedam uetus documenta, diluuiio quidem haud altiora, concedenda sint, prout sunt omnino, non quidem robur inde accipit Historia sacra, quo ne quidem indiget, non temere tamen abiiciendus est elegantissimus ille, qui inde emergit, Historiae sacrae et profanae consensus, quem Hardtius pro hypothesi sua allegorica, quam de turri Babylonica fouet, atque C. Caluoerius pluribus excussit, studio fugere uidetur.

a) *In Vindiciis Ephemeridum Philologicorum*
p. 25. seqq.

b) *Lib. I. contra Apionem* uid. *Caspar Caluoerius in Prolegomenis ad gloriam Mosis*
p. 127. seqq.

c) *In Observationibus Sacris Lib. I. Diff. I. C.*
IV. p. 37. seqq. in nota subiuncta.

XXI.

In comparanda igitur cum histo-
ria

ria sacra ueterum traditione pergamus. Nimrodum , quem supra ex Mose descripsimus , ueterum fragmenta sub antiquissimo suo Belo , Vrbis conditore , quem deinde in Deorum numerum retulit , coluitque posterorum supersticio , ex sententia Iacobi Perizonii , sistunt. Ita enim Alexander Polyhistor et Abydenus apud Eusebium *a)* diserte aiunt , gigantes cum Babyloniam incolerent , a Diis propter impietatem fuisse extintos , eorumque unum Belum , exitio subductum , Babylone habitasse , turrim exstruxisse , quae ab eo acceperit et nomen , imo , cum omnia haec loca ab initio aquis obruta fuerint , Belum singularis suam portionem assignasse , et Babylone muro cincta , oculis hominum fuisse subductum. Manifeste hic turrim in Scriptura memoratam et ab hominibus , quorum dux Nimrod , erigi coeptam , Belo tribui , Belumque hunc inter gigantes non quidem propter impietatem extinctos , sed per orbem terrarum dispersos , referri ; Perizonius notat . *b)* Ex Historia sacra notissimus est Baalis cultus in toto Oriente et praeci-
pue

pue apud Babylonios, quem Progenitorem suum, cum regina Belti appellauit Nebucadnezar, unde et Beli templum inter antiquos memorant Herodotus, Diodorus, Plinius, c) Arrianus d) quorum ultimus et Strabo e) mentionem Sepulchri, a Xerxe postea euersi, iniiciunt, regiam Beli Curtius et Ammianus Marcellinus habent, in quorum locis hic cumulandis, ne simus operosi, Ioh. Seldeni f) aliorumque, qui hoc argumentum occuparunt, diligentia admonet.

a) *Lib. IX. Praep. Eu. C. 18. et 41.*

b) *In Origg. Babyl. C. VII. p. 94. sq.*

c) *Lib. VI. H. N. C. 26.* quo loco Vespasiani aetate Beli templum adhuc stetisse memorat, Belumque uocat *Sacratissimum Babyloniorum Deum*; addatur *Solinus in Polybistore apud Salmasium Tom. I. C. 26. p. 87.*

d) *Lib. III. de Rebus Alexandri M. de Belo: οὐ μάλιστα Θεῶν τιμῶσι βαθυλώνιοι*

e) *Lib. XVI. Geogr. adde Aelianum Hist. Var. Lib. XIII. C. III. et ad eundem Iacobum Perizonium omnino.*

f) *De Diis Syris Syntagm. II. C. I*

XXII.

Verum de eo hic inquiramus oportet, numne fragmentorum Abydeni et

et Alexandri ad Nimrodum facta accommodatio cum sententia horum Scriptorum consistere queat, quae mihi Jane coacta uidetur, historiaeque aduersa, nec praeter rationem. Non enim Nimrod, sed Cham, Nimrodi Pater, exitio, quo Deus gigantes sustulit, subductus est, in a. - a scilicet cum reliqua Noachi familia seruatus, ubi quidem parum rei satisfacit Perzonius, quando hanc Beli conseruationem de eo interpretatur, quod a dispersione immunis fuerit Nimrod. Aliud etiam Alexandri fragmentum nobis Eusebius apud Eusebium a) reliquit, quod familiam Chami edifferit, atque Chamum diserce Belum appellat, cuius integritatem Richardus Cumberlandus contra Bochartum vindicauit, meliori et commodiori interpretatione adiecta. Placet in primis in Viro docto, quod Beli cognomentum ἔρων de dominio et potestate Beli, in eo fragmento accipiat, prout nempe קָרְנֵי dia nitatis potentiaeque signa sunt, uel in ipso Ioue Hammone siue Chamo, Aegyptiorum praecipuo idolo. Quam potentiam diuinitatem Beli loquitur epitheton eius Belitana, quod apud Photium in parietinis Ctesiae gerit, atque ipse Perzonius

rizonius de Belo hebraeo nomine אִתָּן ualido , robusto appellato interpretatur, non male. *b)* Etiam si enim Petrus Daniel Huetius aliam ex lingua Chaldaica huius appellationis afferat *c)* rationem, re ipsa tamen Belus hic antiquus Cronus, Saturnus in eandem Chamii personam conueniunt, prout etiam Bacchus apud Nonnum *d)* omnia haec nomina coniungit. En igitur primum turris condendae auctorem, atque aedificantium ducem , impium Chamum.

a) Graeca fragmenti apud Eusebium de Praep.

Euang. IX. 17. haec sunt : Βαβυλωνίς γάρ λέγει πρῶτον γενέθλιον Βῆλον, ὃν ἔιναι Κεόνον. Ἐκ τύττη δὲ γενέθλιον Βῆλον καὶ Χαναὰν, τύττου δὲ τὸν Χαναὰν γεννήσαμεν τὸν πατέρα τῶν Φοινίκων. Τύττη δὲ Χάμι οὐδὲν γενέθλιον, ὃν υπὸ τῶν Ελλήνων λέγεθλιον Ασβόλον πατέρα δὲ Αιθιόπων, αδελφὸν δέ τὴν Μεσραῖμ πατέρα Αιγυπτίων. quae ex versione Cumberlandi in Historia Sanchoniathonis phoenicia , quam Samuel Payne edidit Londini 1720. in 8. ita latine fluunt: *Primum fuisse Belum , qui est Cronus siue Saturnus. Sed ex hoc natum esse alium Belum (Phut) et Canaan , et hunc Canaan fuisse Patrem Phoenicum. Sed et filium eius (relato τύττη non ad proxime praecedens, sed remotius sc. Belum) fuisse Chum (Chus) quem graeci dicunt*

cunt *Aſbolum*, patrem *Aetbiopm*, fratrem *Meftraim*, patris *Aegyptiorum*.

b) Ad Aeliani Lib. XIII. C. III. H. V uid. tam
men quae infra.

c) Belitana *Huetius in demonstratione Eu. Prop.*
IV. C. X. §. VI. p. 257. explicat בָּל־עֲרָנָה Belus χεόνος, χεονιάος notatque Blum inde Saturnum siue temporis rectorem *Eusebio*, *Theophilo*, *Damascio*, *Seruio* dictu_n. Notanter in primis *Damascius apud Photium* Auctore CCXLII: *Pbonices*, inquit, et *Syri* *Saturnum El et Bel et Bolathew, Beluhan*, di-
nersa pronunciatione, nominant.

d) In *Dionysiacis Lib. 40. u. 397.* ex ieiſione
latina:

Belus Euphratensis, Libycus uocatu_m Ham-

mon Apis es Niliacus, arabs Saturnus Af-

syrius Jupiter.

Quo loco paululum emendanda, quae upra ad mentem Bocharti, ex ueterum de Satur-
no traditione, traximus ad Noam, ab quo certe non Noah, sed Cham eius filius, latet,
cui quidem multa ex historia Noae a my-
thologis Orientalibus falſo attributa non ne-
go. Audi ſaltem rationes, quas praeter
iam allatas petimus ex ipſo Bocharto. 1. *A-*
lexander Polyhifor Xifutbrum, qui citra
controversiam Noah est. apud *Cyrillum A-*
lexandrinum a Saturno diſtinguit, et *Saturno*
quidem diluuii praedictionem affingit. 2. *Sa-*

turnalis certe apud Babylonios non in memoria-
riam a que honorem *Noae*, sed dedecus po-
tius celebrata sunt, de quo infra. 3. non *Sa-
turni Jupiter*, sed *Saturnus Coelo Patri geni-
talia exsecuit*, atque *Coelum Patrem sistit
Noa'*, Praeco iustitiae. *Coelum enim*, quam
monstravit in explicandis fabulis ipse *Bochar-
zus optimam uiam secuti*, ducimus a uoce
λιβ quo nomine sanctus Dei minister *Ioban-
nes* apud Iesaiam uenit C. XL. 3. quod male
graci mutarunt in *Oυρανον*. Quae omnia,
si quis dubitet, fragmentum *Sanchoniatho-
ni apud Eusebium* plane confirmat.

XXIII.

Iquidem cum Baalis cultus apud Ori-
entes fuerit communissimus, quidam
hō uocabulum appellatum, a) perinde
ut ouis, esse, aiunt, quo et Belus Babylo-
nius, Aegyptius, Assyriacus, Tyrius, et qui-
sit aliis, ueniat, quod utut suo loco relin-
quanus, Belum tamen antiquissimum
cum Chamum interpretati simus, com-
munem Babyloniorum, Aegyptiorum,
Aethiopum siue Arabum, et Phoenicum
parentem, dubium non est, quin Belus
proprie fuerit unicus, quem quaelibet
gens sibi vindicare studuit proprium,
quemque ab aliis Belis junioribus, diui-
nitate

nitate donatis, speciatim Nimrodo, pars est distinguamus. Auctor est Diodorus, b) Belum quendam, Neptuni, Libyaeque filium coloniam ex Aegypto in Babyloniam duxisse, positaque ad Euphraten sede, Sacerdotes instituisse Chaldaeos, more Aegyptiorum sidera obseruantes, et Physicos, Astrologiae deditos. Quae, si in se spectentur, atque praestruatur, Neptunum esse Chus Nimrodi Patrem, Aegyptumque olim latius patuisse, atque ultra Rhinocoloram porrectam, quandam Arabiae partem, in qua iuxta Homerum Nyssa Bacchi patria, comprehendisse, sibi et ueritati constat Diodorus. Quando autem ille cum Apollodoro, apud quem uitiosa est huius Beli Chronologia, et cum altero siue Chamo perturbatio, falsissimus est Ioh. Marshamus, c) qui, Apollodorum secutus, Babylonis ortum et Beli aetatem contra ueritatem Historiae sacrae ad tempora seriora dimittit, et hac occasione coloniam deductam affirmat, cum Aegypto a Pastoribus occupata incolarum ueterum magna pars solum uertere nouasque sedes quaerere coacta fuisset. Sed nos uia media intercedimus inter Marshami et Iac. Perizonii sententias, quorum hic, dum Chro-

nologiam Marshami conuellit, improinde rem omnem negat, apprime ueram. Proinde ex traditione hac Aegyptiorum optimam lucem conciliauit Marshamus Hestiaeo Milesio, qui Sacerdotes fugientes rapientesque sacra Iouis Ενυαλίς in Sennaar, agrum Babyloniae, peruenisse apud Iosephum testatur. Ενύαλιον hunc Iouem Martem antiquis notare, in confessō est apud Eruditos, d) quem post Chamum in primis sub Asaris, βελέματός, ut est apud Hesychium, nominibus colebant Babylonii.

*) *Iob. Spencerus de Legibus Hebraeorum Ritu-alibus L. II. C. X. p. 468.* obseruat, promiscue usos Idololatras Baalis et Molechi nominibus, unde et factum sit, quod nomina illa quandoque coiuerint in unum, ut in inscriptione ueteri apud *Iob. Selenum de Diis Syris Syntagm. II. C. I. p. 226.* Sed eadem haec inscriptio in Malachbelo Saturnum siue Chamum respicit, ut alibi ostendetur. Herculem Indicum cognomentum Beli habuisse, testis est *Cicero Lib. III. de Natura Deorum.* Aquileiensibus Belenus numen tutelare. Diserte *Herodianus VIII. 3. p. 340. Cæterum nonnulla quoque oracula ferebantur patrii cuiusdam numinis, uictoriā promittentia, Βέλιν (pro quo Salmasius Βέλιον) uocant indigenae magna que eum religione colunt, Appollinem interpretantes. Janus Gruterus in*

Corpoe Inscriptionum Tom. I. p. XXXVI. n.
12. in marmoribus Aquileiensibus:

APOLLINI BELENO
C. AQVILEIENS
FELIX
et n. 13: BELLINO. AVG
SACRVM

Sam. Bochartus huc etiam Gallorum Deum *Abellionem* refert in *Canaan* Lib. I. C. XLII. p. 663. prouocatque ad inscriptiones in *Scaligeri Lectionibus Ausonianis*, quas, praeter *Gerhardum Vossium*, *Gruterus* Tom. I. p. XXXVII. n. 4. et 5. exhibet, conf. etiam *Thomas Reinesius* in *Syntagma Inscriptio-
num antiquarum* p. 98. *Philippus a Turre* in *Monumentis Veteris Antii*, de quibus Act. Er. Lipsiensia A. 1701. p. 267. Solem Βεβαίμην sive *Dominum Coeli Phoenicum* lingua ex *Sanchoniathone Philo Byblius* appellat apud *Eusebium*. Nec dubium, quin Luna sit *Belisama* uel *Regina Coeli* in *Inscriptione* apud *Seldenum*:

MINERVAE. BELISAMAE

quae *Abydeno* Βῆλτις et *Baáltiς* *Philoni By-
blio*, *Sacris Scriptoribus* simpliciter *Bááλ*, in genere foeminino. Baalis cognomenta a diversis locis et officiis ipsi demandatis, desumpta iam praetereo.

- b) L. I. Bibliothecae p. 17, quem locum uberioris illustrabimus et vindicabimus in dissertatiōne *de Planctu super Nebo*.
- c) In *Canone Chronico* Sec. I. p. 32. et Sec. VIII. p. 110, contra quem quae disputat *Perizonius* uide in *Origo Babylonica* C. V. p. 5c. sag.

d) Vid. Seldenum l. c. p. 213. Stephanum Morinum de *Paradiso terrestri* p. 22. seq. Asar Martem esse ex *Thoma Hyde* iam supponimus, a quo parum distat Arabum אַרְיָשׁ *Aris* siue *Princeps bello inclytus et Graecorum Ἀρης, Αἴγειος.* Commodo hic succurrit locus *Diodori* Bibl. L. II, qui passim crucem figit Eruditis: *Ninus Ariaeum, dominatorem Arabum socium adhibens ut maxima belligerauit contra Babylonios.* Vix fallit conjectura, *Diodorum a Ctesia* deceptum, cum uideret, Ninum et Nimrodum, Martium illum Chusaeum et Arabem, ratione Ctesianae Chronologiae in unum tempus conuenire studio concordiae ex Nimrodo fecisse Nini in oppugnandis Babylonii opitulatorem, qui tamen diuersos hos Principes cum recentioribus confundere ausus non est.

XXIV.

Fabulosam Aegyptiorum de Belo hoc Babylonico Chronologiam haud dubie etiam secutus est Thallus Chronographus apud Lactantium, quod non aduertit Ulricus Huberus, *a)* qui Thuram per eum intelligit, quem post Ninum Assyriis imperasse, Ctesias falso perhibet. Belum enim Babylonii, Assyriisque cultum bello Troiano, Thallus ait, antiquiore annis CCCXXII, qui character temporis, si ad aetatem Beli Aegyptiaci comparetur, argumento est Be-

lum non alium intellexisse Thallum, quam Aegyptium. Apollodorus *b)* enim eundem Danai patrem facit, quem constat ex Aegypto profugum in Græciam appulisse anno Aerae atticae, ut habet Marmor Arundelianum LXXII, ante Troiam captam annis circiter trecentis. Ex quo Patrem Danai siue Belum ante Troiam captam annis CCCXXII, uel si secundum ipsum Appollodorum aera Troiae captae constituatur, CCCXLVIII differentia non adeo magna, uixisse, haud obscure consequitur. Sed commentum hoc aegyptiacum, et falsam quoque Chronologiam ipse Apollodorus conuellit, quando et Phoenicen, quem Sanchoniathon Chnan siue Chanaan in Historia Phoenicia appellat, *c)* Beli filium facit, atque in Aegypto natum affirmat, manifesto indicio, Belum altioris esse temporis, atque a Chamo neutiquam diuersum.

a) *De aetate Assyriorum* Dissert. IV. §. 4.
p. 68. sq.

b) Lib. II. *de Dis*

c) In fragmento apud Eusebium: *Osiris frater illius Chnae, qui primus postea Phoenix appellatus est.*

XXV.

Ex his omnibus etiam ratio constabit Dorotheo Sidonio, *a*) Poëtae antiquo, qui Babylonis ortum Belo Tyrio siue Tyriis culto, tribuit, apud Iulium Firmicum. Non enim dubitamus, quin apud Tyrios etiam sub Beli nomine, quem Cronum diserte Sanchoniathon appellat, Cham latuerit, quem ab Assyriis quoque sub eodem Beli siue Domini nomine cultum, ex infra dicendis patefiet. Equidem huic sententiae, quae Belum Tyrium atque Assyrium eundem facit, Claudio Salmasius *b*) accessit, qui tamen infirmo innititur fundamento, dum cum antiquis nonnullis Syriam cum Assyria confundit, *c*) quas terras et nomine et conditoribus distinctas fuisse, certissimum est, illa sane Aram antea dicta ab antiquo Tyri nomine צִיר Suria uel Syria, Soria appellata fuit, haec uero ab Assure Abrahami filio, ortum et nomen accepit. Recte autem ille Josephum Scaligerum notat, qui Belos distinguendo, nullum aliud argumentum attulerit, quam Syri-Βααλ & Βεελ, Assyrium uero Βελ et graece Βῆλος nominari, cum nomen posterius ex priori manifeste

nifeste contractum sit, unde etiam Hieronymus eundem existimauerit Tyrium siue Syrium Belum cum Assyrio. Quae melius certe Etymologus perspexit, qui Bala Syrorum, Belum Graecorum esse, diserte testatur d).

a) Verba eius ex uersione latina :

Vrbs Babylon uetus, a Tyrio, quae condita Belo est.

b) In notis ad Solini Polyistora Tom. II. p. 1227. sq.

c) Graecos huius confusionis autores, Herodotus fatetur apud Iob. Georg. Graeuium in Caesarem Suetonii p. 780: *A Graecis isti Syri uocabantur, a Barbaris autem Assyrii. Eratosthenes iuxta Eustathium ab Hebraeo γράμν άστυρες dixit.*

d) Inter locus locus sic habet in uoce Babylon: ἔισηται δὲ ἀπὸ τῆς Βῆλος, ὃς κτίσας αὐτὴν, ἀπ' αὐτῶν προσεγόρευσε. Βάλα γαρ καλεῖται τῇ σύρων Φονῇ, ὁ δε τῇ ἐλλενὶδι Βῆλος.

XXVI.

At nullam, inquies, Nimrodi memoriam antiquitas seruauit? seruauit omnino in fabulis Bacchi, quod perspicue eruditeque, ut solet, Sam. Bochartus a) docuit, suoque consensu Stephanus Morinus, b) Guilielmus uan der Muelen c) confirmarunt. Multa sunt in uestitu ornamentisque Bacchi, quae originem

Baby-

Babylonicam siue Assyriacam, ut est apud Philostratum, satis produnt, quamuis ipsum Bacchi nomen, quod Bar-Chus siue filium Chusi, magis ingeniose quam uere, Bochartus interpretatur, ^{a)} in argumentum trahi nolim. Fides enim potius Hesychio habenda, qui Bacchum lingua Phoenicum, a quibus Bacchi nomen cultus et omnia ad Graecos transierunt, planctum notare, testatur. Sed, quod Bacchus Νεβεώδης, Ζαγγεὺς mythologis appelletur, in eius ratione reddenda non audiendi sunt Graeci, uerarum originum certe ignari, sed uetustior omnino historia, a Philologia collustrata, confusa lenda est. Scilicet inauspicatum erat nomen, quod Nimrod gerebat a rebellione, mutandum igitur in notionem augustiorem, praeponendo uocem נָבָד, in nominibus Regum Babyloniae frequentissimam, quae penes Arabes excelsum quid notat, unde Nabrodes et Bacchus mythicus et Nimrod in uersione graeca appellatur. Porro et Nimrod et Bacchus natalibus arabicis, uenatione, susceptis in Orientem expeditionibus celebres, Nimrod praeципue Chusita siue Arabs,

Arabs, potens uenator in terra, unde apud Calium montem colebatur IOVIS CASII VENATORIS memoria. e) Pro ut autem Aegyptus suum Thamus planxit, ita et Oriens planctum instituit propter *Nebō* Iesiae XV. 2. multaeque mulierculae eiulantes et plangentes in societate Bacchi, de quibus Bochartus. Tandem Babylon, generosissimi Vini ferax, Belum quoque epulis feralibus coluit gulosum et uoracissimum, f) de quo passim sacer codex commemorat, quae omnia sane Bacchum cum Nimrodo componi permittunt, utut Bacchi fabulis ex aliis historiis sacris magnum accesserit, a Phoenicibus haud dubie, augmentum.

- a) In *Phaleg* L. I. G. II. p. 12. et *Canaan*. L. I. C. XVIII. p. 439. sqq.
- b) In *Dissertatione de Paradiso terrestri* Opp. Bocharti praemissa. p. 22.
- c) *Dissert. II. de die mundi et rerum omnium natali.* p. 526. sqq.
- d) Scilicet ex בָּרְכֹּו factum esse, ait, Bacchus perinde, ut ex קַרְמֵשׁ לְ Dammesek pro pro Damasco.
- e) Vid. singularis numus Louis Casii apud *Hadrianum Relandum in Palæstina* Lib. III. p. 934.

934. quem eleganti Dissertatione illustravit
Jacobus de Bary Vir Cl. ex gazophylacio Se-
renissimi Electoris Palatini depromtum. Ex-
hibemus eundem in fronte opusculi n. I. spe-
ctandum.

f) Vnde Propheta de Belo Babylonio : *extra-
bam bolum ex ore eius.*

XXVII.

Cum Chronologia sacra p[re]aeclare
admodum conspirat numerus apud Sim-
plicium Lib. II. de Coelo p. 123. $\chi\lambda\iota\omega\nu$
 $\dot{\epsilon}\tau\omega\nu \chi\dot{\nu} \dot{\epsilon}\nu\nu\epsilon\alpha\kappa\sigma\iota\omega\nu \tau\dot{\epsilon}\iota\omega\nu$ annorum 1903,
& quorum obseruationes coelestes ad
aetatem Alexandri collectas, atque a
Callisthene Aristoteli transmissas, reperit
Porphyrius. Locum hic in primis habet,
quod Berosus testatur, uetus Babyloniorum
obseruationes, praeter astronomica,
Regum quoque historiam exhibuisse, unde iam prona conclusio, annis
ab hinc 1903 quoddam apud Babylonios
extitisse imperium. Quare cum Alexan-
der primum Babylon[ia] intrauerit, se-
ptem ante mortem annis siue anno
P. I. 4383, subductis inde annis 1903, an-
num habebimus P. I. 2480, qui annus
M. C. 1777, siue 120. post diluvium, quo
circiter tempore, ut ex sacris rationibus
liquet, Babylon condita. At aliis hi
calculi

calculi non adeo placent, utut praeter illas ex tota antiquitate non suppetant certiores. Marshamus hypothesin et mendosum Plinii locum secutus, mentem Simplicii plane peruerit, b) et Callisthenem aliam periodum Sothiacam postulasse, fingit, Henricus Doduellus c) uero, Simplicium hic fabulari, asserit, cum Berossus obseruationes ante Nabonassarem omnes deletas fuisse, fateatur, quod uero negabimus infra, parum quoque huic testimonio Hermannus Conringius d) Thomas Stanleius, Ioh. Clericus tribuunt. Iacobus Perizonius, quamuis causam eius diligentissime tuatur, tempora tamien Nimrodi, dum temporis spatium ab exitu Israëlitarum ex Aegypto ad iacta Templi Salomonei fundamenta nimis extendit, calculis suis non attingit. e) Tandem Vir S. V. Ioh. Franciscus Buddeus f) ab Isaaco Vossio sibi imponi passus est, quando Callisthenis numeros prorsus accuratos esse, negat, eosdemque adhuc statuit imminuendos, ideo, quod initium harum obseruationum incidat in annum post diluvium sexagesimum primum iuxta calculos

los Codicis hebraei, quo tempore nondum extiterit Babylon, nec Regem habuerit, nullaque fuerit coelestium observationum cura, a quibus parum abest Petrus Baelius. g) Verum non aduertit Vir doctissimus, Vossium contra illos disputare, qui sexaginta annos isti interuallo, quod diluum inter et uocacionem Abrahami interiacet, subtrahunt, b) qui, si addantur, ut ipse facit S. V. Buddeus, omnis difficultas, quam Vossius obiicit, collabitur.

a) Mente *Simplicii* non percepit *Gerardus Job. Vossius in Isagoge Chronologica*, p. 54. ubi simul uitiose, pro 1903, legitur 1993, quem errorem etiam Vir CL. *Job. Albertus Fabricius in Bibliographia antiquaria* retinuit C. VII. p. 205. s^q. Audiamus *Simplicium*: ὑπ' Αριστέλης δὲ πειθομένης ἐπειδὴ δεῖ μᾶλλον τοῖς ὑπέροις ὡς μᾶλλον σώζεται τὰ Φαινόμενα, ἐκείνων μήτε τελείως σωζόντων, μήτε τοσαῦτα Φαινόμενα έιδότων, διὰ το μήπω ταῖς υπὸ καλλιθένες ἐκ βαβυλῶνος πεμφθείσας παρατηρήσεις αὐτούς τοις τὴν Ελλάδα, τῷ Αριστέλῃς τῷτο ἐπισκήψαντος αὐτῷ, ἀσινας διηγεῖται, ὁ Πορφύριος χιλίων ἔτῶν ἔναντι καὶ ἔννεκτοσέων τριών, μέχρι τῶν χρόνων Αλεξάνδρου σωζόμενας, μηδὲ δυναμένων δεῖξαι διὰ υποθεσέων τὰ πεινόμενα.

b) In

- b) In *Canone Chronico Sec. XVII.* p. 504. s.
idem fere habet *Stanleius Part. XIII. Historiae Philosophicae Sect. I. C. I.* p. IIII. unde
computum init *Clericus* in Indice uoce So-
thiaca Periodus, qui uideatur c. l. titulo:
Babylonicae Observationses.
- c) In appendice ad *Dissertationes Cyprianicas.*
§. 23.
- d) In *aduersariis Chronologicis.* C. IX.
- e) In *Origg. Babylonicas* C. I. et II. in primis
p. 7. Eupolemi fragmentum, Abrahamum A-
strologiae inuentorem uenditantis, quo et ni-
titur Iacobus Perizonius, examinat *Petrus Lambecius in Prodromo Historiae Literariae* L. I. C. IV. §. 3. p. 43. Apud Chaldaeos cer-
te longe antiquior discipline astrologicae
cultura fuit, in qua illi ad latitudinem labo-
rasse dicuntur a iuuentute apud Iesaiam C.
XLVII. u. 12.
- f) In *Historia Eccles. V. T. Sect. I. §. X.* p. 89. s.
g) Tom. I. Dictionarii in Voce Babylon p.
445.
- b) In *Dissertatione de aetate Mundi* p. XXX.
uerba sunt: *Incidit hoc tempus in annum post diluvium sexagesimum primum iuxta uul- garem supputationem.*

XXVIII.

Rationes Porphyrianas transcendit
paululum numerus Eranii siue Herennii

Philonis Byblii apud Stephanum de Vrbi-
bus, *a*) quando Philo Byblius Babylonem
Semiramide antiquorem esse, statuit, An-
nis MLXXX, ut legit olim apud Ste-
phanum Eustathius. Supponimus enim
Herennium in eo cum Herodoto conue-
nire et Semiramidem ad Iliaca tempora
referre, ut ex Porphyrio uidebimus infra,
a quibus si retrogrediamur per annos
MLXXX, annis 55 ultra terminum an-
norum 1903 excurremus. Lectionem
hanc, quam sequuntur Berneggerus ad
Iustinum et Ioh. Freinshemius ad Cur-
tium, quamque haud obscure probat
Claudius Salmasius, *b*) grauiter quidem
in istis Auctoribus tulit Jacobus Grono-
uius, *c*) qui iuxta emendationem Sal-
masianam pro 1080 annos bis mille,
censet, substituendos, quo tamen id effe-
cit, ut, stante hoc numero, locus He-
renii prorsus euaserit inutilis. Quo loco
et notanda uenit *αβλεψία d*) Pauli Pez-
ronii, qui conflatis in unum Herennii
annis MM. et Ctesiae rationibus secun-
dum Iulum Africanum, Babylonis anti-
quitatem in fauorem uersionis τῶν ὁ eli-
cit, sed longe abest a Ctesia Herennius,
qui,

qui, quando conditam a Semiramide Babylon a negat, totam Ctesiae hypothesin prosternit, quae istud fulcri loco supponit, primumque, quod aiunt, falsum habet.

- a) Vid. Stephanus de Vrbibus in uoce Babylon : *Babylon, urbs persica, et quidem metropolis, Seleucia appellata. Opus Babylonis Viri sapientis, filii Sapientissimi Beli. Haec a Semiramide, uti perhibet Herodotus, non est condita, quippe haec duorum annorum millium spatio Semiramide antiquior fuit, quemadmodum Herennius perhibet.* Locus erroribus historicis et geographicis scatet, hic non enodandis. Fallitur uero *Abrahamus Berkelius*, quando ex Bocharto Herennium corrigit. Bochartus enim Ctesiae hypothesin sequitur, quae nullius fidei est, ut infra pluribus.
- b) In notis ad Solinum Tom. II. p. 1227. *Eustathius uidetur legisse αω χιλίοις καὶ οκτακοσίοις, quod uerius.*
- c) In notis Stephino subiunctis p. 9.
- d) In antiquitate temporum restituta. C. XII.

XXIX.

Si igitur nunc omnia in summam colligamus, quae huc usque ex fragmentis Berosi et aliis ueterum monumentis attulimus, id crediderim clarum esse, in

Historia Berosi, si absonta antiquitas, supra reiecta absit, nihil esse, quod Mosi iure obuerti queat. Ostendimus enim Origines Babylonicas, quas Moses memorat, ipso Berofo probari, tum quod ad Turrim Babyloniam, confusionem linguarum, gentium dispersionem, tum ipsum Regni conditorem Belum et eius nepotem attinet, tot Myriadum uero iactantiam temperauimus idoneo, ni ratio fallat, Porphyrii testimonio, a quo parum abest Herennius. Inepte igitur Isaacus Peyrerius, *a)* quo fabulae suae Praeadamiticae colorem quendam conciliet, stupendam illam et incredibilem Chaldaeorum Chronologiam in partes traxit, nullo tamen Historiae sacrae detrimento, cum Berosus eandem potius confirmet. Fallitur etiam Ioh. Clericus, *b)* qui tamen de auctore Pentateuchi sententiam laudabiliter deseruit, quando illum a Sacerdote Samaritano, eo, quo magnum Israëlitis cum Chaldaeis erat commercium, tempore, conscriptum fuisse sentit, ut scilicet ostenderetur, quanta Chaldaeii uanitate antiquitates extollerent, et obseruationes coelestes tot annorum iactarent. Nimis enim euehit fabu-

fabulae huius natales, quam eo iam tempore notam fuisse, certe probari non potest, ipsum uero argumentum siue potius coniecturam mille, quod dicitur instantiis euerti posse, patet.

a) Lib. III. Syst. C. VI. p. 150. quem impostorem, ueritatisque sacrae impium irrisorem ex Chaldaeorum, Aegyptiorum atque Chinensium fabulis errorem Praeadamiticum, quem ad ultimum uitae halitum non depositum, ut habent *Menagiana* atque cuiusdam Epistolae fragmentum apud *Petrum Baelium Tom. III. Dict. p. 2338*, sumisse, claris indiciis constat, quae probe perspecta Isaaco Vossio de aetate Mundi p. L. Nulla penes ipsum Scripturae auctoritas, omne momentum habent Scriptores profani, quod uel ex Prooemio fabulae Praeadamiticae patescit, ut adeo commentum Beronianum operosius refutasse non pigeat.

b) Vid. in defensione Iudicii quorundam Theologorum Hollandiae de Richardi Simonis *Critica V. T. contra Responsum Prioris Bolleulliani* siue Richardi Simonis Amstel. 1686. in §. Epist. I. ubi inter caeteros Libri Geneseos scopos et hunc fuisse asserit. Ea nempe de causa toto Capite X. parcus de caeterarum gentium ac longe prolixius de Chaldaeorum conditore ac gestis actum fuisse.

XXX.

Babylonis uero origines, Berofo dif-
ferte reclamante, ex Assyria repetiit, et
Nino speciatim atque Semiramidi tri-
buit Ctesias Cnidius, de quo infra. Sin-
gularis est sententia Dicaearchi, haud
dubie ex ignorantia uerae originis orta,
apud Stephanum Byzantium, a) con-
ditam clarissimam urbem iuxta Euphra-
ten a quodam, qui proprio nomine
Chaldaeus uocatus fuerit, XIV Rex a
Nino, Nini conditore, hunc omnes,
qui Chaldae appellantur, in unum il-
lum locum deduxisse. Eandem gloriam
ductae Chaldaeorum coloniae Bélo suo
Aegyptios, pro more gentis, quaeuis
antiqua ad se trahentis, ex Diodoro an-
notauimus supra. Qui tamen omnes,
Chaldaeorum nomen sectae fuisse pro-
prium, falso supponunt, quod toti gen-
ti, nationique fuit commune. Quod
clare docet Chaldaeorum tanquam gen-
tis apud Iobum et scriptores alias sacros
mentio, nec inficiantibus id b) Scripto-
ribus profanis. Ad originem autem Ba-
bylonis assyriacam, quod attinet, inde
fluxit ueterum error, quod Babylon sub
Assy-

Affyriacis Regibus longo tempore qui-
euerit, suaque ceperit incrementa, quod
in primis ex Esiae C. XXIII. 12. c) con-
firmatur, ubi Propheta ait: Res Chal-
daeorum, tenues cum essent, nulloque
numero et loco, collocasse et auxisse
Affyrios, addita in primis potentia naua-
li, quae quanta fuerit apud Babylonios,
ex Scriptoribus constat.

- a) Voce χαλδαῖος adde *Eustathium* ad *Dionysii Periegesin* ad u. 768.
- b) Loca *Strabonis*, *Ciceronis* aliorumque notissi-
ma sunt atque ubiuis obvia. Obiter noto
etiam *Magorum* nomen apud *Herodotum* na-
tionis esse, inter sex enim gentes, quae Me-
diām incolebant, *Magos* numerat L. I. C. 101.
- c) Verba ita uertit *Campegius Vitrina* in *Com-
mentario*: *Ecce terra Chaldaeorum! Hic po-
pulus non fuit.* *Affur fundauit eam deserti-
colis, turres eius speculatorias erexerunt, ex-
citarunt palatia eius, eam posuit in ruinam*
sc. Tyrum; ad quam uersionem breues ad-
dimus notas sequentes:
*populus non fuit potens, diues felix. Simi-
lem locum reperi in *Hecuba Euripidis*:*

Οὐδὲντυχόντας ἐν δοκεῖν πράξειν αἰσ
Καγώγαρην ποτ', αἷλλας νῦν δὲ εἴμιστε
Τὸν πάντα δ' ὄλβους ἡμαρτεῖν μ' αἰφεί-
λετο

Neque eos, qui felices, putare, se felices
semper fore,
nam et ego *eram* olim, sed nunc non
amplius *sum*
uniuersam uero felicitatem dies una mihi
eripuit.

adde, si placet *Iac. Perizonium in Originibus Babyl.* C. VI. p. 70. sqq.

fundauit deserticolis: Assyrium hominem
populos deserti siue Arabes σκηνίτας, ut
uult *Marshamus*, in Babyloniam duxisse, i-
ta quidem, ut gens Chaldaea inde *fundata*
dici queat, Historiae manifeste repugnat, de
quo infra. מִרְעָי etiam naues sunt, quod no-
tum. De re nautica potentiaque naualī
Chaldaeorum *Strabo Lib. XVI. Plinius H. N.*
VI. 26. adde *Iesaiæ XLIII. 14.* nauibus com-
mercia gens Chaldaea, atque Babylon exer-
cuit, unde diuitiae et potentia, bene igitur
et commode cum *Tyro*, celeberrimo em-
porio comparanda. Reliqua facilia sunt.

XXXI.

Sed res ipsa et locus in primis Pro-
pheticus modo allegatus requirunt, ut
quae probabilior Chaldaici nominis ori-
go Viris doctis uisa sit, paucis indice-
mus. Thomae Stanleio a) placuit, no-
men et gentem a Cusch filio Chami re-
petere, a quo progenies illius ab initio
Cuschi-

Cuschidim, postea Caschdim fuerit appellata. Verum eius sententiam Ioh. Clericus b) tanquam analogiae hebraeae linguae aduersam, grammaticaeque minus consonam, in indice ad eius literariam Historiam, reiicit, in quo, quamuis Clericus, linguam Chaldaicam antiquam cum Hebraica componens, argumento minus idoneo usus fuerit, tamen rationes aliae suppetunt, quae hanc deriuationem difficultem reddunt, consensumque nostrum impediunt. Tantum enim abest, ut terra Chasdim unquam in sacris Chus uel Chuth appelletur, ut potius ab eadem aperte distinguatur. Sane Moses suo tempore, quo Chaldaeorum appellatio iam percrebuerat, terram Chus a terra, quae proprie Chaldaeorum, Gen. II. 14. c) internoscit, quando fluuium Pison Chauileam, Chaldæis proximam, alterum uero Paradisi fluuium Gihon terram Chus, dicit alluisse. Cum enim Chauilea, si hoc diuortium Euphratis Tigridisque respicias, citerior sit et occidentalis, ultro consequitur, terram Chus, fluuiio Gihon adsitam, orientalem esse, et hac ratione simul a ter-

ra Chasdim luculenter seiungi, utpote, quae eodem respectu ac Chauilea ad occidentem refertur. Accedit, quod nul. libi in Codice sacro, ubi frequens est Cuthaeorum mentio, Chasdim siue Chaldaei cum iisdem permutentur, quamuis, id a Iudeis sequioris aeui factum, d) constet, indicio haud obscuro, nomina haec fuisse eadem non diuersa. Multa quidem Samuel Bochartus de Chittim apud Iesaiam C. XXIII disputavit, e) quae nobis aduersari, possint uideri, istud tamen ad liquidum nondum perduxit, ut cum ipso pro Chittæis, Cuthaeos uel Chaldaeos ibidem substituamus, quae eius est plus iusto audacior coniectura.

a) Part. XIII. *Historiae Philosophicae in Prooe-
mio.* p. 110.

b) In uoce *Chaldaeis*.

c) Nemo existimet, nos uagari in incertis, uel obscurum per aequa obscurum probare. Situs enim Paradisi terrestris ad euictionem usque a Bocharto, Huetio, Morino, demon- stratus est, a quibus, qui recedunt, non ueritatis amore, sed ingenii ostentandi studio mihi duci uidentur. Vid. breuis *Epistola Bo- charti ad Lud. Cappellum Opp. praefixa*, *Huetii dissertatio de Situ Paradisi terrestris*
ad

ad Academiae Francicae Socios perscripta, in Germania latine recusa posteaque *Criticis Anglicanis* inserta, in primis per doctra Stephani Morini *dissertatio de Situ Paradisi terrestris*, dignum Bochartianis Operibus additamentum.

d) Quando *Abrabamum* in *Cuthia* educatum dicunt, uid. locus *Maimonidis* apud *Iob. Henr. Hottingerum* in *notis ad Thomae Goduini Mosen et Aaronem* p. 658.

e) In *Phaleg* L. III. C. V. p. 161. vide, quae Celeberrimus Philologus *Wittebergensis* *Iob. Christ. Wichmannshausen* in *dissert. de Porta Kittaorum* §. 3. ad hanc *Bocharti* coniecturam, quam et *Iob. Ciericus* suam fecit, notauit.

XXXII.

Ad aliam igitur sententiam progedior, et plurium Eruditorum consensu et singulari ueritatis specie commendatam, qua Chaldaeи a Chesed, Nachoris filio, nomine hebraeo Chasdim appellati, ducuntur. Nam non modo, qua regulas grammaticas prorsus analogica haec deriuatio est, sed et uestigia historica eius suppetunt non euana. Constat inter omnes, Nachoris, Abrahami fratri, familiam non in sola Aramaea haesisse, sed quosdam etiam ex eius progenie in uici-

uicinas regiones diffusos, nouas gentes condidisse, prout Vz maior natu Arabiae desertæ partem occupauit, suoque nomine Ausitin appellatam, posteris suis Ausitis, ex Ptolomaeo satis notis, impleuit. Alter etiam Buz, frater Vzi, in eadem Arabia consedit, genusque suum propagauit. *a)* Prona inde et facilis est coniectura, in uicinia eorum etiam sedem posuisse Chesed, ex eodem Nachore, Milka coniuge, natum, et quidem in ea terra, quae proprie apud profanos Chaldaea appellatur, cuius specialioris significatus monumenta in antiquissima eorum apud sacros Scriptores mentione extant. Chaldaeorum fane inuasionem tanquam uicinorum Historia Iobi *b)* in ipso exordio memorat, quorum regionem Arabiae desertae adiacuisse, etiam Strabo, Ptolomaeus et reliqui testantur.

אָוֶר כְּשָׁדִים Quae apprime quoque cum Vr Chasdim, Abrahams Patria Gen. XI, conueniunt, cum non modo Plinius Vram et Ptolomaeus Orchoën in Chaldaea recenseant, unde citra dubium Chaldaeorum Orchenorum cognomen, sed et tota haec regio Auranitis nomine apud eundem Ptolomaeum ueniat. Celebrem autem

autem Chaldaeorum Orchenorum se-
ctam quod attinet, a maxime recepta
sententia discessit Iacobus Perizonius,
c) quando illam ab Erech, quasi a Grae-
cis postea Orchoe dicta, deriuandam
esse, sentit. Cum uero hoc a Viro do-
cto in subsidium hypotheseos, statim a
nobis examinandae, factum esse, intelli-
gamus, in deriuatione nostra consistimus,
longe melius fluente, atque Chaldaeorum
Erech rectius ex mente Claudii Salmasii
d) et Sam. Bocharti e) cum Areccasiue
Arderica, ut est apud Herodotum, com-
paramus.

a) Vid. *Bochartus in Phaleg* L. II. C. VIII. p. 81.

b) Conf. *Friderici Spanheimii Historia Iebi* C. IV.

§. III. p. 103. sqq.

c) In addendis ad *Origg. Babylonicas* p. 345.

d) Ad *Solinum* Tom. II. p. 1194.

e) In *Phaleg* Lib. IV. C. XVI. p. 235. f.

XXXIII.

Alia enim sententia de loco Iesiae,
supra allato, doctissimo Perizonio a)
atque felicissimo Esaiae interpreti, Cam-
pegio Vitringa, placuit, quem quidem
de nauigationibus Babyloniorum alias
nobiscum interpretatus est Perizonius,
alio

alio tamen loco uia longe diuersa eius explicationem ingreditur. *b)* Arripit nempe ex Kimchio, Chaldaeos ab ipso dispersionis initio in Babyloniam non fuisse, sed in eam aliunde uenisse, locum inde Iesiae uertit hoc modo : Assyrium quendam, siue Ninum siue alium deserticolas Chaldaeos in Babyloniam deduxisse, ibidemque collocasse. Praecipuum argumentum, quod Perizonium, ut talia sentiret, permouit, istud in primis est, quod prima Chaldaeorum sedes in Mesopotamia fuerit, in qua proprie אָוֹר כְּשָׁרִים siue posteriorum Chiesed, in illa loca regressi et genus suum propagantis, fuerit. Quod a Samuele Boccharto clarissime demonstratum esse, credit, ex celebri illa Stephani oratione *Act. VII*, ubi Stephanus ait : Abrahamo in Mesopotamia, antequam Haranem uenisset, ergo adhuc in Vra Chaldaeorum habitanti, ut Moses habet, Deum, ut inde exiret, praecepisse. Boccharto igitur *c)* natale Abrahami solum fuisse uidetur Vra Ammiani Marcellini, quam Scriptor ille inter Nisibin et Tigrim ponit. Iter insuper Tharae, in ter-

terram Canaan per Carras ituri, fauere, per quam ex Vra Ammiahi recta in Iudeam sit uia, nec probabile esse, si Vra illa ad Babyloniam referatur Tharam haec deuia praetulisse itineri longe compendiosiori per Arabiam, praecipue cum ipsi cum gregibus Euphrates bis fuerit traiiciendus, nec Mesopotamia solitudinibus careat, quibus quidem Arabia abundat, Bochartus addit. Iosuam C. XXIV. denique ex eadem causa asserere, Tharam trans Euphraten iam olim habitasse, et ibi coluisse Deos alienos, Vram uero Babyloniae cis-Euphratensem esse respectu Iudeae.

a) In *Origg. Babyl.* C. VI. p. 73.

b) In addendis ad *Origg. Babylonicas* p. 366. sqq.

c) Lib. II. C. VI. p. 78. sq.

XXXIV.

Res igitur nobis est cum Bocharto in primis, cuius sententiae & Hugo Grotius, a) et Christophorus Cellarius b) accesserunt. Si enim satis firmatum fuerit, Chaldaeos iam ante Assuris tempora in Babylonia fuisse, ea, quae doctissimus Perizonius de eorum translatione, collabuntur. Nihil dicimus de constanti

stanti ueterum traditione ex Babylonia Abrahamum fuisse euocatum, nihil de eo, quod Iobo in terra Vz, quae pars fuit Arabiae desertæ, habitanti, Chaldaeis fuerint uicini, ut iam uidimus, sed istud moneo, Scriptoribus antiquis diu ante Assurem Dynastiam Chaldaeorum inter Babyloniae Reges iam celebrari, de qua mox pluribus. Quo praestucto age respondeamus nunc ad rationes Bocharti, primum argumentum ipse Vir doctus soluit, quando ex Scriptoribus notat, Mesopotamiae nomine ipsam Babyloniam contineri, quae obseruatio plane ad mentem Stephani conformata est, quippe qui Mesopotamiam a Charris distinguere uidetur. Quando deinde Bochartus argumentum petit a recto Tharae itinere in terram Canaan, Mosis mentem Vir doctus non satis percepit, qui longe aliud dicit. Duplex enim omnino fuit Abrahams uocatio, una in Vr Chasdim Stephano memorata Act. VII. nec obscure a Mose Gen. XI, 31. significata, cui, cum non obediret, Pater eius Thara, altera in Haram subsecuta est, de qua liquido Moses Gen. XII.

XII. 1-4. Ultimam hanc uocationem, quae ad Abrahamum speciatim spectabat, Iosua respicit, ut clarum erit, cuilibet uerba Textus inspicienti, neglecta priori, quae fuit in Vr Chasdim. Ut tandem ad Perizonium reuertamur, Kimchii sententia, quae יְהָוָה per deserticas reddidit, linguae quidem non repugnat, historiae tamen, ut iam uidimus.

a) Ad Gen. XI. 31.

b) *Geograph. Orbis antiqui* Tom. II. L. III. C. XV.
p. 729. et alibi.

XXXV.

At, quamuis Chaldaeos in Babyloniam translatos, inficiemur, non tamen eadem sententia est de colonia Chusaeorum, a Nimrodo in hanc terram ducta. Certe nihil uerius est, atque historicae analogiae magis conueniens, quam, quod Bochartus coniicit, a) Nimrodum, in Arabia natum, b) cum ualida Chusaeorum manu, Babyloniam post dispersionem repetuisse, sibique vindicasse, qui deinceps in laboris praemium partem Babyloniae orientalem ultra fluuum, Chusitis suis concesserit inhabitandam. Sed in eo Bochartus assensum uix mere-

G tur,

tur, quod, interea terram Sinear desolatam, existimet, iacuisse, donec Nimrod opus interruptum continuaret, atque ad umbilicum perduceret, quae, cum iure Jacobus Perizonius *c*) notasset, ea etiam, quae bene in sententia eius se habent, simul abiicit. Scilicet cum in colonias coirent homines, atque Cham, operis suas or anctorque, sociis destitueretur, ille tamen in terra Sinear permansit, sedem posuit, et urbem Babel aedificauit, cuius conditorem Belum, uetus fert Historia. *d*) Nimrodom igitur, a rebellione cognominatum, contra quemne rebellem egisse putas? an contra Noachum, ut turris Babylonicae auctorem, quod esset contra historiam, uel ut socium huius operis, quod certe Nimrodo haud fuit peculiare. Dicam, si licet, contra Chamum, auum suum, quem aduenam in Aegyptum memorat Sanchoniathon, *e*) pristina haud dubie sede electum, res nouas molitus est.

a) In *Pbaleg* L. I. C. 10. p. 38.

b) *Bacchus* enim, qui est *Nimrod*, arabicos natales habet.

c) In *Origg. Babyl.* C. VIII. p. 121. sqq.

d) Quod

- d)* Quod supra iam uidimus pluribus.
- e)* In fragmento apud Eusebium: *Saturnus dum Orbem lustrat uniuersum, cum in meridiem uenisset, Taantum Deum, Aegypti uniuersae Regem creauit.* Sedem etiam in Aegypto *Chamum* fixisse, docet nomen *Aegypti*, quae uice plus una terra *Cham* in sacris appellatur, nec profanis hoc nomen ignotum.

XXXVI.

A Babylonicis denique originibus aliena non est prima regni propagatio in Successoribus Nimrodi, ex quibus Scriptura nominat Amraphel, *a)* eiusque regnum sola terra Sinear circumscribit. Alexander Polyhistor *b)* uero, qui sua ex Beroso, post diluuium continua serie Reges octoginta sex apud Chaldaeos imperasse, fingit, iisque tanquam Deis et Semideis immane temporis spatium, supra triginta millia annorum tribuit. Quas ineptias tandem emensus, ad Reges homines descendit, memoratque duas Dynastias, unam Chaldaeorum, alteram Arabum *c)* usque ad regnum Assyriorum, atque priori annos 225. posteriori uero annos 215 adscribit, quas deinde Iulius Africanus Regibus Assyriae,

ex Ctesia de promtis, praeposuit. Cum uero tali ratione iuxta calculos hebraeos Chaldae i isti Reges ipso diluuiio longe sint antiquiores, grauiter Iosephum Scaligerum reprehendit Dionysius Petavius, *d)* quod locum illis dederit in Chronologia, imo utrumque et Chaldaeorum et Arabum regnum fabulas esse, ex eadem ratione contendit. Recte tamen monuit Goarus, *e)* nondum prauum earum dynastiarum usum commentum et fabulas arguere, ubi rectior chronologiae dispositio, uel antiquorum penes Africanum monumenta earum historiam probant. Quando igitur iustos terminos regno Assyriorum statuemus Sectione II, locum simul hisce Dynastiis in Chronologia, ad calculos hebraeos exacta, dabimus. Evidem Ulricus Huberus *f)* obiicit, breue hoc 440 annorum spatium non attingere Nimrodum, si Ninus circa Iliacum excidium floruisse, credatur, quod uerum est, si Ezechous, primus Dynastiae Chaldaicae Rex, Nimrod sit, quod aiunt Scriptores Ecclesiastici, nos uero negamus, cum Berossi prorsus alia fuerit sententia, cui Belus

Belus haud dubie Cham est, cuius nepos Nimrod, qui cum Chamo inter Deos Babyloniae locum habet, adeoque Regibus Semideis et Regibus hominibus uetusior. Scilicet Scriptores Ecclesiastici plane abiiciunt omnem Chaldaeorum Historiam ante Reges homines, tanquam manifeste fabulosam, cumque inter illos Euechous primus sit, eundem comparant cum Nimrodo, ex Historia sacra satis certo. Ad conjecturas hic confudit Iac. Perizonius,
g) ut ex Euechoo aliqua saltem ratione Nimrodom efficiat, at sine causa. Simile eius rei exemplum in Historia Aegyptiaca, ad quam tota conformata est Chaldaeorum fabula, occurrit, ubi post Deos Auritas et Semideos Mestraeos primus est inter homines Menes, quem tamen a Cham et Mizraim ipse Vir doctus, alio loco iubet, internosci. Tandem ad Assyrios transiit Babyloniorum imperium, a Nabonassare demum restitutum, ut uidebimus infra.

a) Gen. XIV. I.

b) Apud Georgium Syncellum in Chronographia p. 78 : *Alexander Polybistor Chaldaeo-*

rum regnum post diluvium continuata serie propagatum resumere inclitur, octoginta sex Chaldaeorum Medorumque (quinam hi et unde , nescio , inter socios Amraphel est Rex quidam in Elam , Elymais Mediae proxima , Mediae saepissime iungitur . Forte et haec auxilia peregrina Babylonii periculosa , et Elamitae postea Babyloniae Reges .) reges per quandam Sarorum , Nerorum et Sosorum seriem annis millibus triginta quatuor , hoc est Saris nouem , Neris duobus et Sossis octo regnasse , commentus . Ab octoginta sex praefatorum tempore Euecboum , cui Chosinabelus etiam nomen fuit Chaldaeorum secundum , et septem Chaldaeorum Reges eum secutos annis solaris 190 imperantes non ulterius Saris , Neris et Sossis , reliquisque fabulosae historiae absurditatibus , sed legitimo annorum solarium cursu , habita numerandi ratione , Polybistor idem inducit . Nonnulli si quidem pristinos omnes ceu Deos et Semideos existimantes infinito eos annorum numero regnasse statuunt , posteriorum uero Regum cew mortalium , et quorum notitia nullum fugit , annis solaribus mensurarunt . Memorabilis Berosi locus apud Iosephum extat , qui si rete Iosephus mentem Berosi percepit , nouum hoc commentum Chaldaicum manifestae coarguit falsitatis . Verba Iosephi sunt : *Abrahami Berosus quoque meminit, non tamen eum nominans his verbis :* post diluvium autem decima

decima aetate apud Chaldaeos erat quidam iustitiae cultor, vir magnus et sideralis scientiae peritus. Lib. I. Aut. C. VIII. p. 16. Decem generationes, si tribus generationibus absolvitur Seculum, continent annos 330, qui, si anno mundi 1656, quo diluvium fuit, adiiciantur, dabunt A. M. 1986, quo tempore Abrahamum adhuc inter Chaldaeos degisse, manifestum est.

c) Vide easdem apud Syncellum p. 92. et in Graecis Eusebii apud Iosephum Scaligerum in Thesauro Temporum p. 14.

DYNASTIA CHALDAEORVM

I. Euechous ὁ παρὸς οὐρανοῦ Νευρόδ	annos	6 M. 8
II. Chomasbolus	- - -	7 M. 6
III. Porus	- - -	35
IV. Nechubes	- - -	43
V. Abius	- - -	48
VI. Oniballus	- - -	40
VII. Chinzirus	- - -	45
		<hr/>
		225 M. 2

DYNASTIA ARABVM

I. Mardocentes, annos	45
II.	40
III. Sisimordacus	28
IV. Nadias	37
V. Parannus	40
VI. Nabonnadus	25
	<hr/>
	215

Poijt Arabes regnum obtinuerunt Assyrii ad Sardanapalum usque.

- d) *De doctrina temporum Lib. IX. C. 13.* quem *Ioh. Baptista Ricciolus in Chronologia reformatâ Tom. I. C. II. p. 225. Michæl Lequien contra Paulum Pezronium,* aliique sequuntur.
- e) In notis ad *Syncellum* p. 30.
- f) *De genuina aetate Assyriorum* dissert. III. §. 4. p. 47. sqq.
- g) In *Origg. Babylonicas* C. XIV. p. 326. sq.

SECTIO II.

ORIGINES REGNI ASSYRIACI EIVSQVE PROPAGATIO AD AS- SARHADDONIS TEMPORA.

§. I.

Originibus Babylonicis, in quibus adhuc fuimus, Assyriacas iungimus, quas, ipse Moses uoluit, esse connexas Gen. X. II. cuius loci interpretationem, rationibus suis firmandam deinceps, ex analogia historica elicimus sequentem. Circa tempora introitus Israëlitarum in Aegyptum Assurem quendam, Abrahami Pronepotem per Kethuram, b) de quo Gen. XXV, 3. ex terra Sinear egressum, conditis Vrbibus Niniue, Rehoboth, Ir et Calah, c) regni assyriaci, post Mosis aetatem tandem constituendi, prima iecisse fundamenta.

a) *Ex hac terra postea egressus est Assur, et condidit Niniue, Rehoboth, Ir et Calab.*

b) *Abraham — Kethura*

Iaksan

|
Dedan

|
Assurim

c) Nostram hic omnino facimus obseruationem
Iob. Harduini in Cbronol. V. T. p. 521 : Non dixit hoc loco sacer Scriptor, fuisse Niniuen ciuitatem primariam regni eius, sicuti de Nimrod, praecauens nimirum, ne Rex fuisse Assur crederetur.

II.

Dum uero singulorum probationem ingredimur, controuersia nobis primum est cum iis, qui Assuris nomen apud sacrum Scriptorem non de homine accipiunt, sed de prouincia, quam Nimrod regno Babylonico adiunxerit. Alienum esse, aiunt, Semitae nomen inter Chamii posteros, qualis ipsis est Assur. Locum igitur ellipticum esse sentiunt, cum praecedenti commate 10 ratione subiecti tali sub σχέσει connectendum: Nimrodum initium regnandi fecisse Babylone, egressumque ex terra Sinear, adiecisse et Assyriam, in qua Nium et reliquas condiderit urbes. Sententiam hanc multo doctrinae apparatus defendit et exornauit a) Samuel Bochartus, unde et eandem Interpretibus Clarissimis plenissime persuasit. Addidit locum parallelum ex Micha, apud quem

C. V.

C. V. 5. b) Assyriam terram Nimrodi diserte nuncupari existimat, ex quo magnum pro exegesi sua efficit argumentum. Eandem tamen, ut reliquos tacet, sibi impugnandam summis Cl. Perizonius, c) qui uersiones optimae notae secutus, uersum hunc undecimum a praecedenti distinguit, et Mosen ita de Nimrodo agere sentit, ut digressiuncula quadam παρεπετική, cuius frequens in sacris usus, originem alterius imperii ab Assure conditi subiungat, ut iunctim intelligatur, quos Auctores habuerint duo Orientis nobilissima regna. Nimis duram enim esse Ellipsin hanc, quae Mosen ambigue locutum supponit, quaeque cum exemplis similibus, a dissentientibus in medium productis, paria haud faciat, ostendit. Apud Micham uero terram Assur et Nimrod, cum nomina ferant a conditoribus, potius distingui, quae uero optima ratione coniungantur, cum non modo haec duo regna saepe sub uno fuerint domino, sed et utrumque Ecclesiae V.T. infestum fuerit et exitiabile, puniendum ideo ab hostibus suis, ut uult Propheta. d) Concludit igitur Perizonius,

zonius, Babel dictam fuisse initium siue rectius Caput regni Nimrodis, nullo tamen respectu ad uersum sequentem, quem meram esse, ait, parenthesin historicam de Originibus regni Assyriaci:

- a) *In Phaleg L. IV. C. XII. p. 229. sq.*
- b) *Micb. V. 5: Et depascent terram Assur gladio et terram Nimrod lanceis.*
- c) *In Originibus Babyl. C. IV. p. 38. sq.*
- d) *Iob. Marckius in Commentario in Prophetas minores Amstel. 1700 in 4 edito, quamuis eadem cum Bocharto ad locum Muhue citatum §. 15. p. 272. sentiat, §. 13. tamen p. 267. notanter ait: Non solum per hostes hoste intelligendos esse Assyrios et Babylonios ueteres hostes, sed cum pax haec respiciat dies Messiae, per Metaphoram et Synecdochem omnes alios hostes intelligi.*

III.

Quae igitur solide aduersae parti doctissimus Perizonius reposuit, ea quidem omnia adaptare non dubitamus, hoc unico excepto, quod Vir doctus iam Mosis aetate Assyriorum imperium extitisse, uideatur, asserere, unde quae in eius rationibus bene se habent, ex Historia confirmanda sunt, reliqua emen-

mendationem postulant. Assurem, qui persona est, non prouincia, loco Mosis citato, cum nullo charactere distinxisse uideatur sacer Scriptor, locum fecit interpretum coniecturis. Plurimis Assur Semita uisus est, cuius mentio Gen. X. 22, quem ferre non potuisse, statuunt, Tyrannidem et impietatem Nimrodi, ideoque alias quaesiuisse sedes. Ita fe-
re inter antiquos Augustinus *a)* et alii, sed recentioribus haec genealogiae tur-
bationes apud Mosen plane incongruae uisae sunt, quibus Assur Chamita est, Nimrodi filius, quae sententia subsidia petit ex hypothesi Ctesiana, haec duo regna pessime confundente. At nos e-
undem Abrahami pro-nepotem appellaui-
mus, quae nostra est sentiendi teme-
ritas. Facem huic sententiae praetulit Sam. Bochartus, *b)* qui nomina Misraim, Ludim et his similia gentium esse, non hominum singulorum tantum, eleganter docuit, quod et doctissimo Perizonio *c)* probauit. Facilis ex dictis enata est con-
clusio ad Assurim, quem igitur Assyria-
cae conditorem conieciimus ex forma
pluralis numeri a sacro Scriptore notan-
ter

ter adhibita. Plus uero liquidae lucis coniecturae nostrae accipiunt ex fragmento Alexandri Polyhistoris, *a)* multum enim antiqui Scriptoris testimonium, quibus aditus patuit ad antiquissima scripta, recentiorum. iejunis coniecturis, et opinionibus praestare mihi uidetur. In quo Cleodorus, cognomento Malchus, apud Iosephum refert, inter Abrahami filios ex Chaetura susceptos, etiam Surim fuisse, a quo *appellata* Assyria. Surim enim ille Assurim sacri Scriptoris est, ut solent graeci promiscue dicere Syria et Assyria.

a) De Ciu. Dei L. XVI. C. 3.

b) In Geographia S. L. III. C. VI. p. 164.

c) In Origg. Aegyptiacis C. I. p. 7.

d) Cleodemus ille Propheta dicitur *Alexander Polybistori* apud *Iosephum Antiqu.* L. I. C. XVI, composuitque ad imitationem *Mosis Historiam*, ut ait idem.

IV.

Quam sententiam cum analogia sacri Scriptoris stare posse dubitabit nemo, qui singula eius uerba curatius expendit. Memorat enim de filiis Abrahami, ex Kethura genitis, quod illi, accepta haeredi-

reditatis parte , dimissi fuerint in Orientem. Oriens uero eidem est terra Sinear , Kedem proprio nomine appellata ,^{a)} in qua et sedem sibi constituerunt Abrahamidarum agnati , Nachoris posteri , ut iam uidimus supra. Constat igitur , quare Moses ex terra Sinear egressum dixerit Assurem , quaque ratione haec cum Assure speciatim , Abrahams Pronepote , conciliari queant. Addit Vir diuinus , haec post tempora Nimrodi facta esse , unde nec temporis repugnabunt rationes , quas pro Assure statuimus supra.

a) Gen. XXV. 6. Versus Orientem in terram Orientis, unde et בְּנֵי קָרְבָּן filii Orientis Iobi I. 3. adde i. Reg. IV. 30. Bene quidem Ioh. Drusius : Sic uocabantur, qui Babyloniam , Mesopotamiam et loca uicina incolebant. Sane qui Orientales Iudei aliis , ab aliis uocantur Filii Babel , ubi tamen plus habet in Thesi , quem in probatione , cuius causa est , quod existimarit , ad plagas mundi haberri respectum. Eleganter Petrus Daniel Huetius de Situ Paradisi terrestris C. XIII. §. III. p. 50. Memnona filium aurorae siue Orientis appellatum fuisse notat , quem Strabo , Aescbylo auctore , natum dicit Matre Cissia siue Cibaea. Vnde et Nebucadnezar apud Esaiam

C. XIV. 14. *Lucifer, filius aurorae*, appellatur. Auctores Arabes nominant *Chaldaeos* *Tsabin* siue *Zabios* i. e. Orientales, ex sententia *Iob.* *Spenceri de Legibus Hebraeorum ritualibus* L. II. C. I. Sect. II. p. 358. *Iosephi Scaligeri Ep. 62*, de qua hic non dilquo. Ex hac tamen obseruatione lux quaedam accendi potest Patriae *Magorum*, qui ἀπ' ἀνατολῆς dicuntur profecti *Matth.* II. Ex Babylonia itaque arcessendi sunt Sapientes isti, non obstante nomine persico, cum Babylon multis abhinc annis sub imperio persico. Taceo hic de situ Paradisi terrestris, quam *Moses* statuit in *Oriente*, atque nemo non uidet ideo in *Babylonia* esse quaerendam, conf. *Jacobus Cappellus* in *Operibus* p. 597.

V.

A Belo a) quodam, Nini Patre, Regum Assyriorum Catalogum *Castor Rhodius*, *Cephallion*, *Iulus Africanus* cum *Eusebio* et *Syncello*, *Hesychius Illustris Milesius* apud *Photium* exordiuntur et *Iulus* in primis eundem post *Arabum Dynastiam* collocat, de qua supra. Antiquissimam uero eius mentionem fecit *Herodotus* L. I. C. VII, ubi *Ninum*, *Beli filium*, diserte nominat. Variae inde sunt recentiorum de hoc Belo coniecturae,

rae, qui Babylonicum et Assyriacum imperium confundunt, Ninum Nimrod filium in sensu proprio existimant, a quo errore Gerli. Ioh. Vossius, b) Sam. Bochartus, sibi non cauerunt; Ioh. Henricus Vrsinus c) non obscure Assurem pro Belo Assyrio agnoscit, tanquam Assyriacae gentis et Monarchiae conditorem, quem, constat, a Posteris in numerum Deorum fuisse relatum, quod a vero prope abest. Belum Assyrium Martem esse, late probare studuit Ioh. Selenus d) et Gerh. Ioh. Vossius, quem Scriptores Ecclesiastici, Ioh. Antiochen-sis, Cedrenus, Suidas, Auctor Chronici Alexandrini, et *ἀνεύδοτος* quidam apud Claudium Salmasium, e) eundem cum Thura existimant Ninyae filio, qua ueterum auctoritate, non liquet. Dotissimus Bochartus f) Thuram hunc ex Athur, ut Assurem Chaldaeui uocant, per aphaeresin factum esse, coniicit, unde Assur ipsis sit Belus Assyrius, sed alieno loco collocatus. Verum parum in eo praesidii est, pro Assure, Belo Assyrio, cum citati Scriptores confundere uidentur, cum Belo Assyrio Martem Thra-

cicum, quem Thuram cognominatum a Thracia alio loco g) notat ipse Bochartus.

- a) apud *Cyrillum Alexandrinum* L. III. contra *Julianum Belus*, uitio interpretis latini dicitur *Arbelus*, cum in graeco sit ἄρβης Βῆλος obseruante *Bocharto in Phaleg* L. IV. C. XIX. p. 244.
- b) *De Idololatria* L. I. C. XVI. p. 124. sq. cui accedit *Eduardus Simson in Chronico Catolico* ad Annum Mundi 1786.
- c) In *Epilogo Exercitationis de Zoroastre & Hermete Trismegisto*.
- d) *De Dis Syris Syntagmate* II. C. I. p. 193. sqq.
- e) *In Solinum* Tom. II. p. 1234.
- f) *Geogr. Sacrae* L. II. C. III. p. 82.
- g) *Lib. III. C. II. Geogr.* p. 152.

VI.

Viro doctissimo Joh. Henr. Vrsino non dubitarem accedere, si aliquo saltem indicio, Belum apud Assyrios patrum idolum fuisse, constaret. Illi enim omnino falli uidentur, qui uerba Herodoti, quem solum hic sequimur, in sensu historico accipiunt, quasi proprius Ninus Beli filius fuerit, cum grammaticum hic agat Herodotus, barbarum

rum nomen **בָּנִי** sive Filius, quod est **αρρενός** sobolescere, a) graece interpretatus. Ita enim moris erat apud Reges Babyloniae ortum atque natales ad Belum referre, quem Nebucadnezar apud Megasthenem Progenitorem suum diserte appellat. Assyrius igitur Ninus Babyloniae uictor, quo inuidiam euitaret, gentisque recens subactae fauorem sibi conciliaret, Belum, Chaldaeorum Deum, Patrem dixit, seque Ninum siue Filium **κατ' ἐξοχὴν** ad exemplum Osiridis apud Aegyptios nominauit. Quo Machiauelliſmo etiam Alexander Persarum uictor usus est, cum se Iouis filium salutari iussit, diuinitatem magis apud Barbaros quam Graecos iactans, teste Plutarcho. Non est igitur, ut nouum fingamus Belum Assyrium, a Babylonio diuersum.

a) Inde etiam Coenobitae apud Aegyptios *Nonni* et *Nonnae* dicti sunt, quibus praeerat *Abbas* siue Pater.

VII.

Vidimus igitur Assyriorum initia, gentis postea praeualidae et admodum potentis, cum sub Nino Regum primo,

qui Scriptores nactus est , eiusque uxore Semiramide caput extollerent , rerumque potirentur. Λδηλα igitur tempora emensi , proprius ad Historiam accedimus , quam plenam habituri essemus , si Herodoti , quos promisit , Αστύριοι λόγοι a) extarent. Memoriam Nini et Semiramidis , sed qua nuda nomina , conservauit nobis ille L. I. C. 7. et 184. temporis uero characterem , quo floruit Ninus , in celebri illo loco L. I. C. 95. suppeditauit. In quo laudatus Scriptor ait , cum Assyrii superiori Asiae imperassent annis DXX , primos ab iis defecisse Medos , b) quod factum est A. P. I. 4004. a quo si abstrahantur anni 520 , Nini initium incidet in An. P. I. 3486 , qui Ilia-
cum excidium XIX. annorum interuallo anteuerertit. Evidem Isaacus Vossius et Ioh. Marshamus audacia critica loci praesentis lectionem tentarunt , pro ἐκοσι legendο χίλια , quos uero cum ex Diodoro , qui uerba Herodoti repetiit , tum ex MSCtis Conradus Samuel Schurzfleischius c) castigauit , imo Marshamus ipse sententiam , rei euidentia motus , retractauit. d)

- a) Lib. I. C. 184. Extitisse eos olim eruditū colligunt ex *Aristotelis L.* VIII. *Hist. Animalium C.* XVIII. qui *Herodotum*, non *Homērum*, ut uitiose legit *Theodorus Gaza* culpat, quod scriperit in obsidione *Nini* aquilam bibisse, cum auis ea, ut omnes aduncis ungibus potu abstineant, quae quidem in *Musarum opere* non leguntur, uid. *Gerbardus Vossius de Hist. graecis L. I. C. III.* p. 16. *Sam. Bochartus in Hierozoico P. II. L. I. C. 2.* p. Et ex eo lib. *Georgius Graeuius* in doctissima Praefatione Tomo V. *Thesauri Antiquitatum Rom.* praemissa adde *Virum Cl. Job. Alb. Fabricium L. II. C. XX.* §. 5. p. 698. s. *Bibliothecae graecae.*
- b) Ασσυρίων, αρχόντων τῆς ἀνω Ασίης ἐπ' ἔτεις ἔκοσι καὶ πεντακόσια, πρώτοι ἀπὸ αὐτῶν Μῆδοι ἦρξαντο απίσαδαι.
- c) In dissertatione de *Affyrio-Chaldaeorum primordiis* §. 12. p. 7. sq.
- d) In *Canone Chronico Sec. XVII.* p. 522. uerba sunt: *Putabamus aliquando pro uicenario numero & substituendum esse Millennium a, ut esset aliqua cum Ctesianis consonantia. Iam non arridet conjectura, neque enim cum Herodoti mente congruit, quam alibi declarat.*

VIII.

Verum in Semiramidis, quae *Ninī* uxor fuit, aetate constituenda Herodotus

datus sibi repugnat, *a*) quando eandem, ait, floruisse ante Nitocridem Labyneti II. matrem quinque generationibus. Hae enim quinque generationes annos saltet conficiunt 150, qui longe infra Nini tempora, prout ea modo firmaui-
mus, consident. Sed loci huius lectio-
nem affectam esse, iamdudum obserua-
tum Viris doctis, unde Scaliger, utut
iusto audacius, pro πέντε πεντήκοντα, Cam-
pegius Vitrunga, *b*) ut proprius accede-
ret ad Summam annorum DXX modo
allatam, δέκα πέντε siue quindecim aeta-
tes reposuit, quae secundum hunc hi-
storicum annos faciunt fere quingen-
tos. Sed et haec emendatio multis
subiacet difficultatibus, primo nondum
patet ratio, cur Nitocris uxor Nebu-
cadnezari a Vitrunga iungatur, atque
Aroitis illa, quam iuxta Alexandrum
Polyh. Nebucadnezar duxit, anno, quod
addimus, P. I. 4100, existimetur, deinde
quamuis istud suo loco relinquamus,
obscurum est, utrum ab hoc anno P. I.
4100, quo Aroiten Nebucadnezar acce-
pit uxorem, an uero ab initio Nabone-
di, siue Labyneti II. quo proprie flo-
ruit

ruit et regnauit Nitocris, quod incidit in Annum P. I. 4159 anni isti quingenti sint abstrahendi. Quaecunque ratio obtineat, tamen patefiet, Viri docti calculos defectu laborare, priori enim modo anni quingenti, ab Anno P. I. 4100 subducti, in Anno P. I. 3600 subsistunt, posteriori uero, si ab anno P. I. 4159 retro numerentur, in Anno P. I. 3659. cum e contrario Ilium captum fuerit Anno P. I. 3505. atque Assyriorum imperium inualescere cooperit An. P. I. 3484. Quare ne in re difficillima aliquid definiamus, paucis monemus, Chronologiam ex loco Herodoteo non posse turbari, cum γενεὰ in eodem non quendam annorum complexum notet necessario, sed de Regum Assyriorum successionibus, quas tuto ignoramus, commode accipi queat.

a) Loco modo citato, utut *Marsbam* contrarium uideatur, qui Sec. XVII. *Canonis Chro-nici* p. 522 ad locum *Herodoti* inquit: *Semi-ramis inter primos Assyriorum Reges ab Herodoto Ctesiaque censetur: Nitocris, mater Labyniti Regis Assyriorum, sub quo Cyrus Babylonem cepit. Herodotus intra suos cal-*

culos sè continet, quinque aetates non conficiunt annos CC.

- a) Vid. eius dissertatio de Babylone et ejus imperio Tom. I. Commentarii in Esaiam p. 496.
- c) De regno, non de omni Nitocridos Vita et existentia loquitur Herodotus, atqui regnum ad tempora Labyneti II. calculos omnino reuocat.
- d) Perspicuus est locus Diodori Sic. II. 28.
 ἡ μὲν ἡγεμονία τῶν Ασσυρίων απὸ Νίνες διαμενεῖστα μὲν τριάκοντα γενεὰς, ἔτη δέ πλειστῶν χιλίων καὶ τετρακοσίων, ὑπὸ Μήδων κατελύθη, ubi quid inter annorum numerum et γενεὰν intersit, clare cernitur.

IX.

Consona quoque rationibus suis scripsit Herodotus alio loco, ubi Argona, Nini filium, primum ex Heraclidis post Atyadas Regem Lydorum constitutum esse ait L. I. C. 7. Cum enim memorante Herodoto cit. loco, Heraclidae regnum tenuerint annos 505 usque ad Candaujen a Gyge sublatum, quibusque successerint Mermnadae an. 170 in Croeso Anno P. I. 4166 capto deficientes, haec annorum series in summam collata perducet

ducet nos, si abstrahatur ab Anno Croesi,
a Cyro capti, ad Annum P. I. 3491.

X.

Proxime ad mentem Herodoti accessit Porphyrius, qui Sanchoniathonem Scriptorem Berytium, uixisse, statuit, sub Semiramide Aslyriorum regina, quae ante Troiana tempora, uel circa ea fuerit, ut habet Eusebius de Praep. Euang. L. I. Iosephus I. Scaliger et quos iste secum errare fecit, Sam. Bochartus, Ed. Stillingfleet, Ulricus Huberus, Antonius uan Dalen in Porphyrium grauiter ideo inuehuntur, a) quasi lis de Ctesianis calculis, atque Semiramidis antiquitate inde consequente, iam plane sit confecta, arguuntque scriptorem hunc perabsurdi atque plane indigni erroris, quod Semiramidi Sanchoniathonem iunxit, ipso multis Seculis antiquiori. At certissime Viros doctos hic decepit Ctesias. Non enim hunc, sed Herodotum sequitur Porphyrius, ut iam ad liquidum deduximus supra. Evidem fabulosus ille Assyriae Regum Catalogus in medio fere sui Semiramidem quandam alio nomine Atossam dictam, ut

habent Excerpta barbara-latina apud
 Scaligerum memorat, unde Semirami-
 des una plures, atque Atossa hanc Se-
 miramidem II apud Porphyrium esse,
 b) forte non nequicquam uisum Ger-
 hardo Vossio Christ. Adamo Ruperto. c)
 At, si uerum dicere fas est, eadem haec
 obseruatione doctissimi Viri sua uineta
 caedunt, cum ex Canone apud Photiu-
 um, si recte mentem eius percepit Sca-
 liger, atque a confusione, ut credo,
 Scriptor hic sibi cauerit, liquido constet,
 Semiramidem Nini filiam ab Atossa non
 esse diuersam, prout indicio sunt eae-
 dem utriusque descriptiones. Tempori
 mythico adhuc proximis argumen-
 tum ex fabulis ducere, liceat, quo Her-
 rodoti calculos et Porphyrii fidem uin-
 dicemus. Penthesileam, Amazonum
 celebratissimam reginam, grammatici
 ueteres apud Isaacum Casaubonum d)
 faciunt Semiramidis auiam, quae, ut
 ex Quinto Smyrnaeo et Iustino constat,
 suppetias tulit Ilio obsesto, expeditio-
 nemque suscepit in Phrygiam, e) quae,
 quamuis ex fabulis sint desumpta, uete-
 rum tamen mentem egregie declarant,
 atque

atque nostras iuuant rationes, Semiramis
midem circa tempora Ilii capti uixisse,
ut sentit Porphyrius.

- a) Vid. Scaligerum in *notis ad fragmenta, Humerum* Dissert. IV. §. 5. p. 70. adde reliquos, ubi de *Sanchoniathone* exponunt, *Dalenius*. speciatim in peculiari *disquisitione super Sanchoniathone*, quae eius *Historiam Aristaeae* sequitur.
- b) Vid. *Scaliger ad n. Eusebianum DLXXXIII* p. 35. scilicet labenti Ctesianaee hypothesi Viri docti suppetias ferunt.
- c) Ad *Synopsin Besoldianam* C. III. p. 33.
- d) Ad *Suetonii Iulium Caesarem*, C. 22. uerba sunt: *Recte autem Caesar Semiramin et Amazonas coniungit, nam & illa stirpe erat amazonica, quod cum ab Herodoto & aliis historicis praetermissum, Critici graecorum ita produnt: Καυσέος ἐσὶν ύιὸς Πενθεσίλειας τῆς Αμαζόνος, ὃς ἐν Ασκαλῶνι ἐγήμε τὴν Δεσκετῶ, καὶ ἐξ αὐτῆς ἐσχε τὴν Σεμιράμιν, ἥτις καὶ τὰ Βαβυλώνια τείχη κατεσκευασε.*
- e) Vid. *Petrus Petitus de Amazonibus differentiatione* p. 352. sqq. dissentientes consueto alias effugio priuauit *Rupertus l. c.* quando ait, iuuandae Graecorum fidei aliam *Penthesileam Amazonem* fingi non posse, cum ex mente veterum *Penthesilea* saltem fuerit una.

XI.

Porphyrio adhuc alium ex antiquitate testem Troium Pompeium uel eius Epitomatorem Iustinum addimus, quia Vexorem Aegypti et Tanaum Scythiae Regem Nino antiquiorem fuisse testatur, a) quorum alter Pontum, alter Aegyptum usque excesserit. Probe iam ad eundem Iustini locum Cl. Graeuius cum Turnebo aduertit, legendum esse Sesostris pro Vexoris nomine, ut habet editio Iuntina Florentiae 1525 curata, b) de quo Sesostride eiusque expeditione in Scythiam pluribus Herodotus. Dubia est illius aetas, unde forte parum emolumenti ex rationibus Iustini in Herodotum? Sed salua res est, cum tempus Sesostridos prorsus ad mentem Manethonis statuerit Hecataeus Milesius apud Diodorum in Excerptis Photianis, c) ubi Danaum Sesostridos fratrem et Cadmum, praecipuos alienigenarum, qui ex Aegypto fuerint electi, duces cum iis in Graeciam nauigasse eodem tempore refert, quo Moses cum Plebeiis in Iudeam abierit. Vir Cl. Perizonius, d) cui alia de Sesostridis aetate sen-

Sententia placuit, uaria aduersus Mancthonem et Hecataeum excipit, quae uero tanti non sunt, ut clarissimum hoc testimonium, quo certe euidentius in tota non occurrit antiquitate, abiiciamus temere atque aspernemur. Vere igitur scripsit Iustinus, Sesostridem Nino fuisse antiquorem.

a) Lib. I. C. I. §. 6.

b) Vid. Job. Vorstius in notis.

c) p. 1152 sq.

d) In Origg. Aegyptiacis C. XVI. p. 287. sq.

XII.

Quam igitur ex Herodoto eiusque sectatoribus satis stabiliuimus Assyriaci regni antiquitatem, altius longe et supra mythicum tempus extollit Ctesias Cnidius, a) qui Historiam Assyriacam et Medicam, plane ab Herodoto diuersam, in sex prioribus persicorum libris, ut Photius in Excerptis habet, exposuit, ex quo fonte suos riulos duxerunt Diodorus Sic. Castor, Aemilius Sura apud Velleium Paternulum et Troius Pompeius apud Iustinum, Cephallion, Iulus Africanus, Eusebius et reliqui. Ille enim non DXX, sed MCCCC annorum

spa-

spatio Assyriaca tempora definiuit, quorum initium ad proximum usque post diluvium Seculum pertingit, Ninoque et uxori eius Semiramidi tam numerosos tribuit exercitus, ut dubium sit omnino, an tantus hominum numerus proximo post diluvium tempore iam natus fuerit, qui ad Ctesiae eiusque foecundissimi calami fidem liberandam sufficeret. Imperii ipsius fines ab Indo ad Helleponsum, et a Nilo ad Tanain extendit, quod integrum semper seruauerint Nini successores, otio torpentes, de quibus nihil in Historia memorabile ad Sardanapalum usque, cum tamen tempore Abrahami Syria aliaeque provinciae proprios habuerint Reges, imo et Iudicum et Dauidis aetate multae regiones sui iuris fuisse legantur in sacro Codice, quas Assyriis quidem subiectas falsissime Ctesias existimat. Catalogum deinde Assyriae Regum a Nino et Semiramide ad Sardanapalum Regum XXXV texuit, b) eumque ultimo Assyriorum libro adiecit, chaos admodum confusum et quod multa continet nomina peregrina. Sed difficillimum est in tota

Ctesi-

Ctesiae hypothesi, quod Regni Assyriaci finem ante ea tempora collocauerit, quibus maxime efflorescere coeperunt res Assyriorum, quod cum Sacris Scriptoribus conciliare quidem studuerunt Scriptores Ecclesiastici, plane tamen praeter Ctesiae mentem, secundum quem Assyriae imperium, ex quo coepit, nunquam fuit interruptum, usque dum plane destructum est. Has et alias Ctesiae rationes, qui apud antiquos propter fabulas indicas male audit, sub censuram uocarunt Hermannus Conringius et Christophorus Cellarius, c) ad quorum argumenta solida et egregia, quaeque nunc eruditis fere omnibus placent, cupidum plurium lectorem remittimus.

a) De Ctesia uide, quae ex *Henrico Stephano, Barnaba Brissonio addidit ad calcem Herodoti sui Fridericus Sylburgius conf. etiam Gerhardus Iob. Vossius de Hist. Gr. L. I. C. V. p. 22. sqq. et Iob. Albertus Fabricius, Vir doctissimus, Bibl. Graecae L. II. C. XXV. §. XVI. p. 881. sq.*

b) Ita *Diodorus Bibl. L. II. C. VI. Graeca Eusebiana apud Scaligerum p. 29. ex Syncello habent Reges XXXV. in eodem Diodori loco, sed*

sed stephani editio XXX. saltem, uide *Scaligerum ad Eusebium* p. 254.

c) Vid. *Conringius in aduersariis Chronologicis a C. I. -- IX. Cellarius* in peculiari dissertatione *de Principio regnorum et Historiarum, qua Ctesiae Cnidii de Assyriorum Medorumque, nec non Babyloniorum Regibus sententia examinatur et uanitatis conuincitur.* Halae 1694. *Bernardus de Montfaucon in Commentatione de Veritate Historiae Iudith Part. II.* qui iudicia ueterum de Herodoto atque Ctesia confert, *Herodotoque primas in Historia partes decernit.*

XIII.

Erroris ansam, ni fallor, summis
Ctesias ab antiquitate Babylonis, certa
quidem alias, et extra omnem contro-
uersiam posita, quam a Semiramide con-
ditam credidit idem Auctor. a) Quo igitur
cum Regibus suis Assyriacis ad eandem
antiquitatem adscenderet, non modo
Assyriorum, sed etiam Medorum Re-
gum Catalogum auxit, et historiam o-
mnem uehementer turbavit, in quo, ut
credo, princeps haeret Ctesiae error. Ve-
stigia eius praeter Scriptores Ecclesiasti-
cos, alios Iulius Africanus in primis le-
git, qui uersionem graecam secutus,
cum

cum Ctesiae Catalogus longe infra eius calculos subsisteret, eundem denuo auxit atque suppleuit, praeposuitque Chaldaeorum et Arabum Dynastias, quo tempora Nimrodi iuxta graecos calculos utcunque attingeret. Quod quidem *εγκλημα* omni studio a Iulio amoliri uoluit Scaliger, b) Ctesiam potius accusans, quem, cum homo uanissimus fuerit, aliquot Reges detraxisse minime dubitat, ut aeram Chaldaeorum initio Nini accommodaret, quae tamen coepit ab anno decimo octauo Semiramidis. Imo alio in loco grauiter in Eusebium inuehitur, quem dum Ctesiam sequitur, facinus neque bono Viro neque homine ecclesiastico dignum, existimat, admisisse, ideo ab eo patratum, ut regnum Teutami ad Troiana tempora conueniret, a quo tamen Priamum auxilia petiisse, fidem facit Diodorus. c) Ita de re prorsus nihil magna nascitur querela. Primum Ctesiae falsum disertis uerbis refellit Berosus apud Iosephum, d) quando Scriptores graecos culpat, quasi uane arbitratos a Semiramide Assyria Babylonem aedificatam et mira opera ab illa circa eam fuisse

fuisse constructa, recte omnino et Historiae sacrae conuenienter. Nam Nini aetate Babylonum nondum extitisse, ineptum est Ctesiae commentum.

a) *Diodorus Sic.* Lib. II. C. 4.

b) L. III. *Canon. Isagog.* p. 313. et in *animaduersionibus ad Eusebium* p. 48.

c) Rem omnem *Dionysius Petavius* exponit, atque simul *Eusebium* vindicat, Lib. IX. C. XII. de *doctrina temporum* et in *animaduersionibus ad Epiphanium* p. 10. ed. Parisiensis. add. *Ioh. Bapt. Ricciolus* in *Chronologia Reformata* Tom. I. C. II. p. 225.

d) Lib. I. contra *Apionem* p. 1045.

XIV.

Nondum tamen desperatam esse Ctesiae causam existimauit Vir Cl. Ulricus Huberus, qui eam VII. dissertationibus *de genuina Assyriorum aetate et regno Medorum* a) copiose perorauit. Verum in toto negotio istud luculenter ostendit, plus ponderis atque uim maiorem errantium multitudinem apud se habere, quam ueritatem manifestam. Magnum, ait, fuisse ueterum consensum in sequendo Ctesia, quod tamen, si uerum est, ideo factum esse, crediderim, quod eius Historia magis ad ordinatam temporum

rum deductionem ante Olympiadis facere uidebatur, quam Herodoti. Idem dicendum est de chronographis Ecclesiasticis, qui, dum rerum Mosaicarum prae graecis uetusstatem ex Historiarum monumentis asserere instituebant, in conficiendis Chronicis suis ad has rationes compellebantur, quae instituto conueniebant, pluribusque receptae erant atque probatae. Maximum autem pro Ctesia argumentum quaerit Huberus in antiquitate Nini, quam putat a Nino nomen, si non ortum, accepisse, ex quo colligit, Ninum, cum omnino Mose sit uetusior, calculos Herodoti plane et liquido conuellere. Enim uero non Nino, sed Assuri Nini exstructiōnem tribuit Moses, quod nec uidetur negare Huberus, proleptice igitur hoc nomen hic allatum fuisset, ut sentiunt alii, qui dubitant, an et Nini nomen Mosis aetate iam obtinuerit, ut sint in Mosaicis multa urbium nomina. Accedit, quod nondum idoneis argumentis docuerit Ulricus Huberus, a Nino urbis nomen esse deriuandum, quod si hebraice scribas, b) filiam notat siue

coloniam, qualis erat Ninus, ducta ex Babylonia. Quae nominis ratio cum a Nino, utpote longe infra Mosis aetatem ponendo, non necessario repetenda sit, libros Mosis ab interpolatione c) vindicat, et Herodoti fidem tutam praestat. Pessime denique ad Simplicii annos 1903 cum Petauio prouocat, cum falso nitatur supposito, regni Assyriaci et Babylonici unum fuisse conditorem Nimrodum, quod in Bocharto iam notauimus supra.

- a) Eius *Institutionibus historicis* a Filio Zacharia Hubero Franequerae 1703 in 4. editis Lib. I. Sect. I. p. 8. sqq. insertis, quae et separatim editae sunt Franequerae 1663. in 8.
- b) *Nin* sive *Nun* prolem in genere notat, filium, filiamque. Communis sententia est נִינָה componi ex נֵין et נַחַת, quod est locus habitationi commodus, unde etiam נְנוֹן אַמּוֹן mutatis inter se gutturalibus, ut existimat Campegius Vitrina Obseru. Sacrorum Dissert. I. p. 74. et Nineui, ut est apud Ptolomaeum et Nineue in Codice Sacro et apud Ammianum Marcellinum, diversa pronunciatione. Miror, quod huius uarietatis auctores Scaliger faciat Masorethas,

thas, quando L. III. *Canonum Isagog.* p. 314. inquit: *Qui condidit magnam urbem, quam graeci Nivov vocant, is Nivuāς illis dicitur, quod est nomen hebraicum ipsius Vrbis ניניה Ninja, sed Masoritae maluerunt eam uacari Niveui.* Non male Ioh. Harduinus in Chronologia V. T. Opp. Sel. 521. *Nostro quidem iudicio, qui Niniuen a Nino, de quo sacra filet bistoria, nomen accepisse negauerit; haud ille minus uenia dignus erit, quam qui a Rege Franciam cognominatam esse pernegerit.* *Ninus igitur Babelis colonia, quae ratio, quod sacer Scriptor Babelis origini παρεγέρτικως subiungat ortum Nini, quae tamen Mosis aetate nondum Vrbs regia.*

*) ad quam Nic. *Abramus in Pharo* V. T. L. VI. C. 7. confudit.

XV.

Eadem Ctesiae hypothesi, prout eandem tradidit Iulius Africanus, post Isaacum Vossium, a) abusus est Paulus Pezronius, quo calculis graecis praehebraeis quandam conciliaret auctoritatem, atque ueram temporum antiquitatem, ut Libri titulus prae se fert, restitueret. Iudeos enim et R. Akibam speciatim, Imp. Aelii Hadriani coaetaneum corruptae postulat chronologiac

sacrae, quod sc. priorum mundi aetatum Aerae a Mundo condito ad uocationem Abrahami XV suffurati sint secula, eum in finem, ut negare ipsis liceret, sextum Mundi millenarium, quo iuxta veterem traditionem Messiam apparitum credebatur, nondum uenisse. Clare istud praeter alia ex Synchronismo Historiae profanae constare, ad quem computus hebreus relatus non nisi contradictiones, et ineluctabiles controvrsias pariat, quae non felicius, quam ex uersionis graecae rationibus expediantur. In exemplum adducit Chaldaeo-Assyriorum imperium, ubi pro certo accipit, annis istud circiter mille ante C. N. coepisse. Supponit enim Sardanapalum Anno M. C. 4987 periisse, a quo regressus per annos 1460, quos XLI Assyriae Regibus tribuit ex Iulio Africano Syncellus, Assyriorum initium in Anno M. C. 3527 et decimo tertio post diluvium seculo collocat. Quo deinde magnum illud spatium ad Nimrodum, primum Babyloniorum Monarcham, uacuum adhuc, impleret, duus Chaldaeorum et Arabum Dynastias super-

superaddit, cumque haec breuior summa, quae est 440 annorum, Nimrodum nondum attingat, cuius auspiciis A. M. 2787 Turrim Babylonicam exstructam fuisse statuit, quosdam regnasse arbitratur, quorum memoria prorsus interciderit, donec A. 3087 celebrior illa Chaldaeorum Epochā prima per Euechoum inciperet.

- a) Peculiari dissertatione *de aetate Mundi, qua ostenditur natale Mundi tempus annis minimum 1440 uulgarem aceram anticipare*, prodiit Hagaë Comitis 1659. 4.
- b) Qui Parisiis prodiit, 1687 in 4. sub Titulo: *L' antiquité de tems rétablie et defendue contre les Iuifs et contre nouveaux Chronologistes.* Vid. *Acta Erud. Lips.* ad An. 1687. p. 529. sqq. Pezronius deinde monitus a Ioh. Martianaeo et Michaël Lequien iisdem A. 1691 operis sui vindicias opposuit ita inscriptas: *defense de l' antiquité de tems, ou on soutient la tradition des Peres et des Eglises contre celle du Talmud; et ou l' on fait voir la corruption de l' Hebreu des Iuifs.*

XVI.

Attamen non est, ut in refutanda hac chronotaxi adeo simus operosi, si quidem ipse Pezronius a Ioh. Martia-

naeo meliora edoctus , a) fententiam
 deseruit , animumque mutauit. Hoc
 faltem inde elicimus , Ctesiae hypoth-
 esin , si Iulius Africanus prudenter satis
 et fideliter , quod credi iubet Pezronius
 atque haud obscure ante eundem afferuit
 Scaliger , in applicatione eiusdem ad
 calculos uersionis graecae uersatus fue-
 rit , cum Codicis hebraei integritate et
 ueritate , de quo illustre Ecclesiae apo-
 stolicae testimonium ad Rom. III. 2. le-
 gitur , confistere non posse , ut iam con-
 tra Scaligerum monuit Dionysius Peta-
 uius , quaeque uel ex hoc capite repu-
 dianda sit et prorsus abiicienda. Si rem
 ipsam species , ex ualde dubiis contra Iu-
 daeos argumenta ducit Vir doctus in re
 maxime seria , non modo quod ad com-
 mentitias Aegyptiorum Dynastias et Chi-
 nensium absonas antiquitates attinet ,
 quod elegantissimis rationibus a Iacobo
 Perizonio et Dominico Cassini fuit de-
 monstratum , fed et ad ipsum Assyriorum
 imperium. Dubiam attulit Ctesiae hypo-
 thesin nullo insuper arguento defen-
 sam , cui si opponantur calculi Herodoti ,
 quibus salua est Codicis hebraei integritas ,
 iique

iique aequo iudicio ad rationes Ctesiae ex-pendantur, nihil praesidii pro iis super-erit, quam auctoritas Iulii Africani, eo-dem consilio cum Pezronio errantis. Non repetam ea, quae supra Pezronio iam fuere opposita de eius in constitu-endis Babylonis originibus αβλεψία et ab ipso Ctesia dissensu, de dubia Ctesiae et Iulii Africani in recensendis Aslyriae Regibus fide, sed durior est contumelia uiolati Codicis sacri in Iudeos coniecta, quam tamen alia et certa quidem eorum traditione de IV Millenariis, ad aduentum Messiae praestitutis, b) cum Richardo Simonio Michaël Lequien aboleuit, quae inter hodiernos quoque Iudeos adeo constans est, ut pessimo pa-rachronismo dicere malint Iesum no-strum, ἐνλογητὸν εἰς αἰώνας, longe ante fi-nem Millenarii IV natum esse atque mortuum, c) quam ab ista minimum re-cedere.

a) *Historiam controversiae suae cum Pezronio* ipse Iob. Martianaeus Anno 1707 in publi-cum edidit. Inprimis duplēm *Textus bebraici defensionem contra antiquitatem temporum restitutam*, gallice scripsit, qua-rum prior prodiit Parisiis 1689 in 12 alte-ra ibidem 1693 sub titulo: *Continuation*

de la defense du Texte Hebreu et de la Vulgate par la ueritable tradition des Eglises Chretiennes et par toutes sortes des anciens monumens Hebreux Grecs et Latins etc. a Paris in 12. Huic certamini accessit etiam *Michaël Lequien*, qui *defensionem Textus hebraei et uersionis uulgatae edidit contra Pezronium* 1690. cui successit aliud eiusdem Lequienii schediasma: *l' antiquité des Tems detruite, ou reponse a la defense de l' antiquité de Tems* a Paris 1693. in 12. prout etiam haec antiquitas Temporum restituta *Matthaeo Petit didier in dissertationibus historico-Critico-Chronologicis in Sacram Scripturam V. T.* Parisiis 1699. in 4 editis, *Antonio Pagi* in *Apparatu ad Criticam in Annales Baronii N. II.* sqq. p. 1. sq. displicuit. *Ioh. Harduin* in *Praef. Chronologiae V. T.* multis contra illos disputat, qui uersionis graecæ computum Codici hebraeo (qui huic Loiolitae dicis causa additur) et Versioni Vulgatae praeferunt, illosque contra sententiam Ecclesiae Catholicae agere statuit. Tandem et *Guilielmus Boniour*, Eremita Augustinianus, *Dialogo III. dissertationum in Historiam sacram primæ mundi aetatis*, apud Montis Faliscum 1705 editarum ueritatem Textus hebraei aduersus calculos uersionis Alexandrinae operose adstruxit. Ita sententia, Pezronii tot ciuium suorum telis obruta, iacuit.

b) No-

- b) Notissima huc spectat temporis diuisio *ex traditione domus Eliae*, de qua uide, quae ex Stephano Monachio notis ad Epistolam S. Barnabae Tom. II. Variorum Sacrorum p. 850. sq. in Codice Pseudepigrapho V. T. p. 1079 Vir Cl. I. A. Fabricius adiecit, et elegantissimam obseruationem in Actis Eruditorum Lipsiensibus ad Annum 1686 Mense Decembri p. 595. sqq. nec non Christiani Reineccii duas de hac traditione Exercitationes, Lipsiae 1702 iunctim editas. Adde, quae ex disquisitionibus criticis Richardi Simonis excerpta leguntur in eiusdem Auctoris opusculis Criticis aduersus Isaacum Vossium, quae, ut habet Titulus Edinburgi, 1685 in 4. prodiere. Argute Simonius p. 57. ait: *Si Iudeis in mentem uenisset, Codices hebraeos corrumpere, ne tempus, quo in sacris literis uenturum esse Messiam, significatur, elapsum esse uideretur, longe potiori titulo Danielis uaticinium, quod accurate tempus illud obseruat, quam Libros Mosis aut Iudicum deprauassent.*
- c) *Iudei*, ut hoc nobis argumentum eripiant, Messiam nostrum longe ante hunc terminum, et quidem sub Hasmonaeorum temporibus, Iannaeo Rege, alii A. M. 3760 natum, mortuum 3793. urbem deletam 3828 esse statuunt. In quo credulitate nimis leui eos secutus est Julius Bartoloccius Part. III. Bibliothecae Rabbinicae uerum nativitatis Christi annum 3760 statu-

statuens, quem errorem ipse agnouit Parte IV. huius Bibliothecae, a Carolo Iosepho Imbonato, post mortem eius absoluta f. 333. Bartoloccius, Imbonatus vero duabus dissertationibus *de Aduentu Messiae*, Bibliothecae Latino-Hebraicae insertis, correxit.

XVII.

Ctesias igitur, quod crediderim certissimum esse, nimia antiquitatis conjectatione peccauit, quam si tollas, et magnificentia absit, quam Ctesias ubique quaerit, in summa rei nihil est, quod cum Herodoto aliisque Scriptoribus consistere haud possit. Ex comparatione igitur eius et Herodoti probabilem hanc elicimus ideam historicam, circa belli Troiani tempora Ninum quendam, obscurum huc usque Assyrorum nomen, noui regni fundatione, et Babylonis acquisitione insigniter illustrasse, atque post eum uxorem Semiramidem, Ascalone natam, a) quaeque deinceps sub cultu Veneris Vraniae b) apud Syros celebris extitit, sceptro fuisse potitam. A qua Babylon condita, regnumque ad posteros transmissum fuerit, non quidem tam augustis, ut Ctesias

sias uoluit, sed solis Asiae superioris limitibus circumscripum; c) Post haec tempora nulla Regum Assyriae memoria, usque dum Ionas singulari Dei uocatione Niniuen mitteretur, ubi et Regis, sine nomine tamen, fit mentio. Nouum hic Ctesianae, quam fouit, hypotheseos fructum Scaliger percepit, cum enim aetas Ionae, et Sardanapali Ninique casus, iuxta Ctesiam, temporibus conueniant, dubiis ille grauissimis angitur, qui Sardanapalus et Vrbis inciae excidium auerterint per poenitentiam, quod Arbacen tamen intulisse Ctesias tradit, d) sed ea nihil ad nos, cum Ctesiam non sequamur. Duorum Assyriae Regum Tilgamae et Sacchorae sine temporis nota meminit Aelianus, qui tamen in fabuloſo Ctesiae Catalogo non comparent.

a) Secuti sumus fabulam, quae legitur *Diotorum L. II. C. 2.* Hinc eius et matris *Derceto* memoria in numis *Aſcalonitarum*, quorum elegantissimum ex Cimeliarchio Comitis *Ioh. de Lazara*, Patricii Patauini, qui *M. Antonini Elagabali* est *Henricus Norisius* habet in *Epochis Syro-Macedonum* dissert. V. p. 510, atque nos denuo sculpi curauimus in titulo

titulo opellae huius n. II. Sistit ille haud dubie *Semiramidem*, sinistra coronam, dextra sceptrum, quae sunt regni insignia, uel loco sceptri colum, tenentem, in capite gerit lunam crescentem, sub qua tanquam *Vrania Venus* atque *Regina coeli* dedicata fuit. Sed quam sub pedibus habet mulierem semipiscem, ueluti in mare se proiicientem, matrem eius Astartem, Abergatin et Derceto, diversis nominibus appellatam, merito iuxta Diodorum Siculum l.c. interpretamur, quae in fragmento *Sanchoniathonis Coeli* siue *Noachi* filia est et *Saturni* siue *Chami* uxor, quae se Typhonis metu in mare proiecit, in piscem inde mutata, ut est in fabulis. Scilicet Astarte nauis se commisit, cuius Symbolum pisces est, utpote qui homines nauium struoram docuit. Vnde *Ionem* eandem esse uult *Bochartus in Canaan* L. II. C. II. p. 709. Sed huius *Astartis* natale solum est Babylo-nia non Ascalon, quae ratio est, quod genus suum ad eandem *Semiramis*, rei nauticae in primis studiosa atque perita, ut legitur apud Diodorum L. II. C. IV, perinde, ut Ni-nus ad Belum siue Chamum refert. De *columbis*, qui apparent in Alcolonitarum numis, atque *Semiramidis* Symbolum sunt, uide erudite differentem *Sam. Bochartum in Hierozoico* Parte II. C. I. p. 4. sqq.

b) Multa *Veneris*, qua *Mysitta* Assyriis siue *Regina*

Regina Coeli, secundum *Herodotum* cum *Historia Semiramides* confert *Christophorus Adamus Rupertus* ad *Synopsin Besoldianam* C. III. p. 34. sqq. quae tamen passim emendationem postulant, multa enim, quae *Astartis* et *tertiae Veneris* sunt, *Semiramidi* falso tribuit. *Herodotus* L. III. de Persis: *Vraniae cultum ab Assyriis et Arabibus didicere*; Idem *Arabibus* praeter *Bacchum* et *Vraniam* Deos alios haud fuisse, docet apud *Seldenum de Dīs Syris* Synt. II. C. 4. p. 287. Notissimus est *Pausaniae* locus in *Atticis* L. I. p. 27, qui *Veneris coelestis delubrum primos hominum Assyrios coluisse*, testatur. *De Succoth Benoth* siue *tabernaculo filiarum*, *Veneri* sacro apud *Babylonios*, cuius nefanda arcana per castitatem non sunt reuelanda, uid. *Iob. Seldenum de Dīs Syris* Syntagm. II. C. VII. p. 308. sqq. et *Iob. Spencerum de Legibus Hebraeorum ritualibus* L. II. C. XXII. p. 648. sq. L. III. C. III. p. 803.

c) Ita enim *Herodotus* l. c. quem sequitur *Dionysius Halicarnassensis* L. I. C. 2. *Antiquum illud Assyriorum imperium, retro ad fabulosa usque pertingens tempora, modicam quandam Asiae partem obtinuit.*

d) Vid. *Scaliger* ad numerum Eusebianum MCCXIII. et MCCCXCVIII. Ait ibidem *Ninum* ideo non deletam fuisse, quae integra adhuc steterit aeuo *Ammiani*, quaerit tamen

tamen *Rupertus* ad *Synopsin Besoldianam* C. III. §. 43. sq. quidni etiam ideo *Sardanapalus* seruatus fuerit cum *Nini* Regem etiam in cineribus poenitentiam egisse sacrae literae doceant? quod tamen dubium nec *Rupertus* soluit, quando *Sardanapalum* non in Vrbe, sed alio loco periisse, contra fidem antiquitatis affirmat.

XVIII.

Rebus tandem Regni Israëlitici iam inclinatis et labentibus, Assyriae Reges maxime inclarescere coeperunt. Phul enim Assyriorum Monarcha Regi Israëlitarum Menahem tanquam uindex a Deo immislus, eundem ad tributum gravissimum adegit, constitutoque illius regno discessit. a) Post illum Teglath-Phalassar, illius forte successor, ab Ahasio, Iudee Rege, qui durissimo Regum Syriae et Israëlis bello premebatur, ad opem ferendam inuitatus, non modo Damascum cepit, incolasque occiso illorum Rege abduxit, uerum etiam Israëlitarum regnum subegit, et Naphthali, aliasque trans Jordaneim incolentes Tribus in captiuitatem migrare iusfit. b) Eidem regno plenum postea existium

tium intulit Salmanassar, qui bello Tyrio confecto, de quo in sequentibus, omnem armorum impetum in Hoseam Israëlitarum Regem conuertit, imperioque suo primum obnoxium subiectumque fecit, cui, cum se subduceret, auxilio Aegyptiorum fretus, Samariam per triennium obsedit, urbeque capta, Regem cum omnibus Regionis incolis in captiuitatem abduxit, partemque illorum in ciuitatibus Medorum reposuit. c)

a) 2. Reg. XV. 19.

b) 2. Reg. XV. 29. coll. 2. Reg. XVI. 6. sqq.

c) 2. Reg. XVII. 3. sq. quae *Hermannus Witsius* in *Historia de decem tribubus C. II.* p. 370. *Aegyptiacis* subiuncta, egregie illustrat.

XIX.

Belli huius Tyrii memoriam ex Archiuis Tyriorum Menander in Chronicis seruauit, ex quibus nobile fragmentum dedit Iosephus. a) Rex erat Elulaeus apud Tyrios, cum Salmanassar cum Exercitu inuaderet Phoeniciam, et quamuis Sidon, Arce et Palaetyrus statim imperata facerent, soli tamen Tyrii imperio eius se submittere noluerunt. Illi enim, cum LX nauibus a Phoenici-

bus instructis a Salmanassare peterentur, occurrentes cum XII nauibus, classe tota disiecta, quingentos ex ea remiges captiuos abduxerunt. Assyrius deinde custodes ad fluuium et aqueductus dispositus, qui aqua prohiberent Tyrios, inde per quinque annos effossis puteis se sustentare coactos. Haec Menander. Verum Ioh. Marshamus et Iacobus Perizonius *b)* uocem Παλαιτυρης in citato fragmento aegre ferunt, cum Tyrus fuerit una, atque Tyrios a Tyriis descivisse, absolum sit. Perizonius igitur librarium erroris accusat, et βηγυτος substituit. Vterque uero existimat, Tyrum insulari parum conuenire, quae de fluuio et aqueductibus apud Menandrum dicuntur. Verum nodum in scirpo quaerunt Viri docti, quod non dubito, custodiae enim ad fluuium et aqueductus dispositae plane ad Palaetyrum non pertinent, sed liquido ad Tyrum insularem, prout Scylax apud ipsum Perizonium de Palaetyro diserte ait, fluuium per medium urbem labi. Fluius igitur non custodiendus, quod ineptum, sed remouendus et aliorum deriuandus fuisset, si, Palaetyrios

rios aqua priuari, uoluerit Salmanaſſar. Etiam Viri docti falluntur, quando Tyrum insularem hoc tempore iam exstructam negant, cuius contrarium asseruit Hadrianus Relandus, alia etiam loquitur bellum nauale, quod contra Tyrios, non in continenti, sed insula positos Rex Assyriae gessit.

- a) Apud *Iosephum* Lib. IX. C. XIV. p. 325.
 b) *Marshanius* in *Canone Chronicō* p. 511. & *Perrizonius* in *Origg. Babyl.* C. VI. p. 81. sqq.

XX.

Longe absunt à uero, qui per Salmanillum apud Hoseam C. X. 14. Salmanaſſarem intelligunt, Assyriorum Regem, a quo Arbelam crudelissimo excidio uastatam, iſti, tacente historia omni, comminiscuntur. a) Felicius huius Oraculi sensum Vir doctissimus Matthaeus Hillerus reddidit, b) qui per Beth-Arbel Regis Baëſae, Nadabi percussoris, fauiliam, Isacare oriundam, atque a Simri uicissim excisam atque deletam, intelligit, quamque in exemplum punitae eodem scelere improbitatis uenire iudicat hoc sensu: secundum ualuationem, quae fa-

cta est in sceleris talionem (שְׁלֹטָן) c) Betharbel etiam exscindendam esse dominum Pekah, qui Pekahiam interemerat. Māle quoque Salmanassarem cum filio Sennacherib confundit Eusebius, d) quos diserte et rectissime quidem distinguit Tobiae Historia, e) cum non crediderim Sacrum Scriptorem in una rerum gestarum serie diuersis nominibus eundem Regem designauisse, nec illud aliquo saltem iudicio prodidisse. Equidem Caspar Abelius f) Eusebium defendit, eo tamen primo falso, quo ille in errorem uidetur inductus. Non enim statim Sennacherib ideo Salmanassar est, quod res eius auspiciis et uirtute gestas 2. Reg. XVIII. 33. sibi tribuat, cum expeditionum socius esse potuerit, manusque citato loco potentiam Assyriorum haud obscure notet generatim.

a) Vid. interpretes in *Criticis anglicanis & Abrahami Fil., Calouii dissertationes tres de uastatione Arbelae*, quae lucem uiderunt Vitembergae 1682. adde, si placet, quae ad mentem Iob. Cocceii Iob. Biermannus in *Clavi Apocalypticæ* p. 530. sq. attulit satis ieiuna.

b) In *Syntagmate Hermeneutico* Dissert. VIII,
quae

quae est *de sensu Vaticinii Hoseae X. 14.* p. 257. sqq.

c) Scilicet ad formam בְּרֵקָן אֶבְרַן ex שְׁלֹמֹן format שְׁלֹמֹן retributio, compensatio.

d) In *Chronico* n. 1270. p. 116. *Scaliger* in *Animaduersionibus* idem cum *Eusebio Demetrium* apud *Clementem Alexandrinum* & *Hieronymum* docuisse obseruat.

e) *Tobiae* I. 18.

f) In *Historia Monarchiarum Orbis antiqui*, ex hypothesi quidem. Reges enim Assyria, quatuor plures, non fuisse statuit, *Bellum*, *Ninum*, *Semiramidem*, quam in Virum ex foemina, mirabili metamorphosi, mutat, et *Sardanapalum*, in *Historia Sacra*, *Pkul*, *Tiglath-Pileser*, *Salmanassar* sive *Sanherib* et *Assarhaddon* appellatos. In quo commento praeceuntem habuit, quamuis id dissimulet, *Iob. Frid. Herwartum*, in *Cronologia admirandis Theologiae Ethnicae mysteriis*, subiuncta.

XXI.

Sanherib igitur Salmanassaris filius et successor, celebritatem in *Historia adeptus* est et bello Aegyptiaco, quod Sethoni fecit, Aegyptiorum Regi, in *Historia S. Sous* appellato, et clade, quam passus est in Iudea, ob uictoriam Aegy-

ptiacam elatus. Vtrumque testatur liquido Berosus nobili apud Iosephum fragmen-
to, *a*) quod totam huius temporis histo-
riam, obscuram alias, ualde illustrat. Me-
morat in eo laudatus Auctor, quod Sen-
nacherib, Rex Assyriae, totam Asiam atque
Aegyptum bello infestauerit, atque a bello
aegyptiaco reuersus, exercitum in Iudea
peste, diuinitus immissa, deletum offend-
erit. Dilucide ex hoc testimonio ap-
paret, quod bello aegyptiaco iam con-
fecto, Iudeam demum ingressus sit Sen-
nacherib, quod ex eius itinere quoque
haud obscure colligitur. Lachisco enim
progressus erat Libnam, Hierosolymis
respectu Aegypti propinquiores, cum
Taracus cum Exercitu contra eum ten-
deret. *b*) Imo in Thrasonica sua oratio-
ne Aegyptum non modo arundinem
fractam *c*) appellat, uerum etiam riuos
Aegypti planta pedum suorum fuisse ex-
siccatos, *d*) iactat. Quem locum qui-
dem Interpretibus dubium esse probe-
noui, qui de eo ambigunt, numne de-
uentu et re praeterita Sennacherib lo-
quatur, an uero de futura et adhuc spe-
randa, *e*) ut quidem uideri possit, sed fu-
turam

turum hoc in loco notionem habere imperfecti, remque notare, quae modo gesta sit, cum ex antecedentibus, tum locis parallelis aliis *f)* satis potest firmari.

a) Lib. X. *Antiquit*: C. 1. & 2. Fragmentum hoc *Beroſi* esse, negat *Vitrina*, contra illi tribuit *Sam. Bochartus. Ioh. Hudson* in editione Oxoniensi ad verba Iosephi: Καὶ τὴν Αἰγύπτῳ λέγων ὅτις: *Illa λέγων ὅτις non agnoscit Vaticanus, et vel delenda sunt, vel dicendum, quod suspicor, Beroſi uerba excidisse.* Nostrum non est, has lites componere, sufficit, aliunde constare, cladem in Iudea bellum in Aegypto gestum, fuisse secutam.

b) 2. Reg. XIX. 8.

c) Cf. XXXVI. 6. 2. Reg. XVIII. 21.

d) 2. Reg. XIX. 24. Esaiæ XXXVII. 25.

e) Vid. *Campegius Vitrina* ad Esaiam Tom. I. ad Caput XX. p. 793. §. 4.

f) Istud אֶחָד rem modo gestam siue imperfectum notat, ut in antecedenti uersu Libanum enim iam supergressus erat Sennacherib et Exod. XV. 6. 7. תְּהִרֵם תַּרְשֵׁשׁ

XXII.

Multum lucis nunc Historiae accedit, si sacros Vates, Esaiam speciatim

C. XX. et Nahum C. III. comparemus. Esaias enim l. c. *Eo anno, quo uenit Tharthan Asdodum et cepit eam, quum nisisset eum Sargon Rex Assyria, peculiarem a Deo accepit reuelationem de durissima captiuitate Aegyptiorum, ab Assyrio expectanda, Aethiopum auxilio, quo gloriantur Aegyptii, non obstante.* Quaeſtio quidem inter interpretes, quis sit ille Sargon? per quem Iudei in Chronico mundi maiore α) intelligunt Sennacherib, quos alii magno numero sequuntur. Aegypto certe, temporibus Sennacherib multum negotii cum Aethiopibus intercessisse, Historia aegyptiaca docet, a quibus et suppressa illa, ut mox uidebimus. Iuuat sententiam Tharthan Dux ille, qui Asdodum cepit, quique diserte inter duces Sennacherib 2. Reg. XVIII. 17. memoratur. Peregregie his quoque temporibus uaticinium Esiae conuenit, quo auxilia ab Aethiopibus precati Aegyptii, in eorum ope nimis confidebant. Tum enim Deus, quo $\alpha\upsilon\chi\eta\mu\alpha$ istud inane esse ostenderet, Regem Assyriae tamen Aegyptios sub iugum seruitutis ignominiosissimum missum

rum fore, per Prophetam seuere praenunciauit.

a) C. XXIII. p. 64. uid. etiam *Jacobus Vfferius* ad A. M. 3291 p. 57.

XXIII.

Vaticinii huius implementum in miserima illa No-Ammonis uastatione, de qua Nahum C. III. 8. *a)* recte quaerimus. Vbi ante omnia contra illos, *b)* qui de re futura non praeterita Prophetam locutum existimant, cum Ioh. Caluino obseruamus, sacro Vati omnino de praeteritis, quorum recens erat penes Nineuitas memoria, sermonem esse, cum similitudines, nisi sumantur ex rebus notis, nihil doceant. Minime igitur cum Sam. Bocharto et Ioh. Marshamo, *c)* Nabuchodonosorem huius excidii auctorem credimus, quoniam Ninus eo tempore, quo Aegyptum petiit ille, multis abhinc annis desolata erat, cui tamen hoc in loco in retributionem suae crudelitatis, in No-Ammonem editae, exitium Sacer Vates minatur. Nec cum Hugone Grotio, *d)* Sabaconem Aethiopiae Regem eius rei postulabimus, cum

Cusch, tota Aegyptus et Lubim in No-Ammonis potius auxilio fuisse, dicantur. Verum, ut rem ipsam eo melius uideamus, quam in obscuro latere etiam Ioh. Marckius *e)* conqueritur, probe teneamus, oportet, quod docti Interpretes de aetate Nahumi probabiliter ueri nos docuerunt. Hebraeorum doctores eum ad Manassis tempora referunt, quos sequitur Hugo Grotius. Ioh. Drusius uero facile concedit, Nahum sub Manasse uixisse, credit tamen, eius uaticinium longe ante conscriptum fuisse, propter magnum consensum interpretum, qui primum caput de clade Sennacheribi, quam in Iudea accepit, enarrant, quod temperamento quodam Petrus Daniel Huetius *f)* accipit, dum primum caput quidem temporibus Ezechiae prodiisse largitur, reliqua uero duo capita multis post annis demum adiecta fuisse statuit, quam sententiam S. V. Ioh. Fr. Buddeus, *g)* tanquam nullo idoneo fundamento superstructam, rectissime abiecit. Firmata sic huius Prophetae aetate, quam in Hiskiae temporibus omnino collocamus, cum Rex ille apud Iudaeos rerum potiretur,

Aegy-

Aegyptum ab Assyriis bello captam fuisse atque excisam, post Berosi fragmentum etiam ex Nahumo tuto concludimus.

- a) Contra Niniviem ita loquitur: *Num melior es, quam No-Ammen, quae habitat inter fluuios, ut aquae sint circa eam, quae est propugnaculum maris & uicissim e mari est murus eius. Aethiopia robur eius & Aegyptus nec finis horum, Put et Lubim fuerunt in auxilio tuo, et iam haec in exilium abiuit, per captiuitatem.*
- b) Ita post Hieronymum Theodorenum et alios Job. Cocceius loco apud Marckium mox citando.
- c) In Canone Chronico Sec. XVIII. p. 584.
- d) Qui sequitur Iunium et Tremellium ad l. c.
- e) In Commentario in Prophetas minores ad Nabum §. 15. p. 554. Idem de aetate Nabumi copiose p. 435. sqq.
- f) Demonstrationis Euangel. Prop. IV. p. 441.
- g) In Hist. Eccles. V. T. Periodo II. Sect. IV. p. 603.

XXIV.

Proinde uerbis notatu dignissimis, et quae argumentis modo allatis magnum pondus addunt, Deus Hiskiam apud Iesaiam C. XLIII. 3. alloquitur: *Ego Iehouah Deus tuus, sanctus Israëlis, salvator*

*tor tuus, dedi expiationem tui Aegyptum,
Kusch et Sebam loco tui.* Nam non eadem fortuna, qua quidem in Aegypto, Sennacherib in Iudea usus est. Ab Aegyptiaco bello reuersus, Superbus ille Rex ad Libnam usque accesserat, et Hiskiam uariis persuasionibus, in ipsum Deum summe iniuriis, uice plus una ad deditonem propter aduentum Taraci, ex Aethiopia cum exercitu contra se iamiam tendentis, sollicitauerat, cum Deus iniurias vindicaturus Angeli ministerio CLXXXV millia Assyriorum prosterneret, *a)* ita ut Sennacherib, qui totam Iudeam minis impleuerat, pudibundus domum redire cogeretur, gloriamque, bello aegyptiaco feliciter debellato, acquisitam, funesta hac clade amitteret. Redux in Assyriam factus, crudeliter in captiuos multa fecit, *b)* paulo post tamen, a filiis insidias passus, in templo Nisroch adorans, occisus est. *c)* De loco clavis corrigendus hic est uetus et peruulgatus error, *d)* quasi prope Hierosolymam acciderit, quae obsidione cincta non fuit, ut loquuntur dicta 2. Reg. XIX. 32. Esaiæ XXXVII. 33.

a) 2. Chron.

- a) 2. *Chron.* XXXII. 2. *Reg.* XVIII. 13. sqq.
C. XIX. toto *Iesiae* XXXVI. et XXXVII.
adde quae *Berosus* uel *Iosephus* l. c.
- b) *Tobiae* I. 21.
- c) Locis citatis, adde *Nabum* C. I. 14.
- d) Quem retinuit etiam S. V. *Buddeus* in *Hist. Eccles. V. T.* Periodo II. Sect. IV. §. 34.
p. 516.

XXV.

Communis interpretum sententia est,
Taracum paulo ante, quam cladem Sen-
nacherib ab Angelo acciperet, praelio
ab Assyriis superatum fuisse, et ex hac
uictoria Caput Iesiae XX. explicandum.
Verum non crediderim istud cum ana-
logia Historiae sacrae stare posse, quae
Sennacheribum, cum in eo esset, ut
obuiam iret Taraco et literas minis ple-
nas ad Hiskiam misisset, ab Angelo per-
cussum et pudibundum in Assyriam re-
uersum fuisse 2. *Reg.* XIX. 9. 35. clare te-
statur. Ex reliqua quoque historia col-
ligimus, Taracum tum non primum cum
Assyriis congreedi uoluisse, sed bellum
potius, in Aegypto antea infelicissimum,
renouasse, eumque, cum diuinitus pro-
stratus fuisse Exercitus Sennacherib, Ae-
gypto caedibus et rapinis exhaustus, et
inde

inde facile a se suppressae, postea dominatum, ex historia aegyptiaca constat. Verum a Taraco Sennacheribum, durissima clade affectum fuisse, eundemque illum angelum liberatorem esse, prorsus contraria ratione Hermannus Hardtius comminiscitur, nullo quidem ex hac historia fundamento, in qua fingere nihil licet. Accedit nec opinam et plane improvisam stragem hanc fuisse, quam Assyrii non prius, quam dies illucesceret, suis illatam, senserunt, quod tamen de praelio, si quod cum Taraco commissum fuisset, nequaquam dici potuisset, ut tacitum de Cap. XX. Esiae, quod non uitiorias Taraco promittit, sed clades, carceres et uincula minatur. Qui igitur in Aegypto olim notissimam illam primogenitorum cladem excitauerat Angelus percussor etiam huius internecionis auctor esse potuit, modo quidem nobis, qui ἐπιγράφη non intelligimus, prorsus incognito, quae ratio est, cur etiam Humfredi Priedaux et Campegii Vitrunga nouae coniecturae, quibus miraculum hoc interpretantur, displiceant, de quibus alibi.

XXV.

Non negligenda hic nobis est Chronologia, quam Esaias C. XX. 3. suppeditat. Ait enim ibidem bellum Aegyptiacum duraturum per tres annos, unde primum eius annum cum Hiskiae XII. et ultimum cum XIV, quo Iudeam infestare coepit Sennacherib, coniungendum, appareat. Multum ab his diuerse rationes Iac. Vsserii sunt, a) quae falso nituntur supposito, quasi bellum iudaicum antecesserit Aegyptiacum. Equidem liber Regum, qui totam expeditiōnem Sennacherib unico XIV Hiskiae anno alligauit, Vsserio fauere uidetur, sed liber Chronicorum nullum diserte characterem temporis suppeditat, apparatus tamen bellicum Hiskiae sub Sennacheribi aduentum tam ample describit, ut tam exiguum temporis spatium, quod quidem ipsi relinquendum uideri possit, ad tam uaria atque magnifica negotia non sufficiat. Vterque uero et Liber Regum et Chronicorum belli aegyptiaci historiam omittunt, unde et Auctori Libri Regum aduentum Sennacheribi ad XIV Hiskiae referre placuit, quo pro-

proprie in Iudeam uenit, non negata tamen eius uictoria, qua ante potitus fuerat in Aegypto.

a) In *Annalibus* ad A. M. 3291. p. primum enim huius belli annum facit *Hiskiae XIV*, quo et aegrotauit, tertium uero eius XVI. Male quoque huc trahit locum *Iesaiæ XXXVII.* 39. quo et Cyclum annorum Sabbathicorum turbat, hypothesi inferuiens, de qua Sect. V. nullo tamen sententiae nostræ detrimento. Nam inter annum P. I. 3997 et 3998 annus Sabbathicus interiacet, ut *Cyclus annorum Sabbathicorum* ostendit, qui simul *Hiskiae* erat XIII. *Comederunt ergo* Iudei in A. P. I. 3999 *Hiskiae XIV.* usque *sponte natum*, cum uero *Sennacherib* eodem anno cultaram agri impediret, uel potius propter incidentem annum Iubilaeum agri denuo relinquerentur inculti, Iudei iterum per totum annum sequente *sponte renato* uesti coacti sunt, tertio demum anno liberati ab hoste, libere iterum serentes et metentes. Multas quoque hic tricas necit *Campegius Vitrina* in *Commentario* in hunc locum Tom. II. p. 388. seq. cuius causa est, quod *Vsserium* sequatur, quem falsissimum hic esse, infra patesiet. Difficultates uero optime ex praesenti loco soluuntur. Anno XIV *Hiskiae* siue P. I. 3998. Iudeos Propheta *sponte nato* uesti iubet, unde Viro docto

incum-

incumbit, ut ostendat, quare Iudei Anno praecedenti 3997 Hiskiae XIII. in autumno sementem facere neglexerint, ab hoste tunc certe non impediti. Prouocat *Vitrina* ad *Sethum Caluisium*, qui hic *Scaligerum* suum deferuerit, sed iuxta datam a *Caluisio* methodum, inueniendi annos Sabbathicos demonstramus, annum Aerae Nabonass. 32, qui citra controvrsiam est Hiskiae 13. esse Sabbathicum. Si enim Anno Ae. N. 32 numerus ternarius addatur, et quantum per septem diuidatur, cum nihil remaneat, patet, annum Nabonassareum 32 esse Sabbathicum. Vid. *Caluisius* in *Iagoge* C. XXVI. p. 117.

XXVI.

Verum hic magnopere dissentit Iacobus Perizonius, a) qui a Marshamo b) se in errorem induci passus est, et per Sargonem illum Assarhaddonem, quem liber Tobiae Sarchedon appellat, ex quo facile factum sit Sargon, quae eius est ex nomine corrupto coniectura. Quem Assarhaddonem, Sennacheribi filium sub idem tempus Aegyptum bello petiisse statuit, quo Manassen in captiuitatem abduxit, magnamque passa est Aegyptus mutationem, siquidem Sabaco, ultimus Aethiopum Rex, a quibus Ae-

gyptus antea suppressa fuerat, ex Aegypto in ultima Aethiopiae recessit, et Anarchia in Aegypto extitit, quas rerum conuersiones non somnio cuidam Sabaonis, quo ex mente Sacerdotum Aegyptiorum territus ille fuerit, sed uitioriae Regis Assyrii tribuit. Addidit rationes contra sententiam eorum, qui per Sargonem Sennacherib intelligunt. Cum enim Sennacherib cum pudore uultus sui in terram suam post cladem ab angelo acceptam rediisse dicatur, negat exinde, quod Aegyptum intrauerit uictor, eiusque incolas abduxerit captiuos, ut de Rege Assyriae memorat Esaias. Imo si reuera Azotus ab eo fuisset capta, Perizonius credit, eundem in rectione urbium, quas Dii ab iis culti aduersus se nihil iuuerint, Azoti numina non omisisse, ut quidem enumerat Deos Chamatae, Arpadi etc. Haec quidem Cl. Perizonius, cuius argumenta tanta uisa S. V. Buddeo, c) ut assensum suum facile largiretur, quamuis alio in loco d) Campegium Vitringam secutus, diu iam ante Assarhaddonem Esiam uita excessisse, existimet, quae sane, quomodo conciliari

ciliari queant, ratio non appareat. Longe alia mens est, huic doctissimo Esaiae interpreti, Campegio Vitrunga,^{e)} qui per Sargonem Salmanassarem, cum Iungmanno ad Danielem, intelligit, de cuius uero bello Aegyptiaco et sacra et profana silet historia, quod argumentum etiam contra Perizonium pugnat, ut uidebimus infra. Vtriusque et Perizonii et Vitriniae dubiis iam in antecedentibus satisfacere studuimus, unde otiosa Dictorum repetitione non erimus molesti. Ignominiosus enim Sennacheribi reditus nostris non obstat, qui bellum Aegyptiacum cladi in Iudea acceptae praeponimus: quod autem Deos Asdodi in thrasonica oratione omiserit Sennacherib, eius causa non in obscuro latet, cum Hiskias Asdodi Dominus haud dubie cultum ueri Dei, sublatis idolis, in eo stabiliuerit, atque commune Hierosolymis cum Asdodo fuerit numen.

a) In *Orig. Aegyptiacis* p. 216. sq.

b) In *Canone Chronico Sec. XVII.* p. 514. sq.

c) In *Historia Ecclesiastica V. T. Periodo II.* Sect. IV. p. 706.

d) l. c. p. 600. sq.

e) Ad Caput XX. Esiae, *de tempore editae huius Prophetiae* Tom. I. Comment. §. VIII. p. 795. sq.

XXVII.

Adiicienda tamen hic necessario quae-dam sunt ex Herodoto, Iosephus enim praeter interpretis auctoritatem aliam uix habet. Ille quidem recte memorat, a) Sennacheribum cum magnis copiis inuasisse Aegyptum, mox tamen fabulis Aegyptiorum sacerdotum nos pascit, quando Sethonem Vulcani Sacerdotem, sumta secum Aegyptiorum incondita et imbelli turba, cum militiam Aegypti a se abalienasset, castra posuisse, ait, ad Pelusium, quo aditus in Aegyptum patebat, sed quod Sennacherib Aegyptum uastauerit, uel ad minimum ingressus sit, de eo prorsus tacet, quin potius eundem, cum, precibus huius Sacerdotis prouocata, magna murium agrestium scutorum habenas abradentium in exercitum eius fuisset immissa, fugam capes-fere, multis suorum amissis, coactum fuisse affirmat. Habet sua Herodotus no-ster ex ore Sacerdotum Aegyptiacorum, res suas ornantium et clades perpetuo celantium, hi Sethonis statuam, manu murem

murem tenentis et haec per literas dicentis: *In me intuens pius esto*, eidem ostenderunt, quae in templo Vulcani fuit deposita. Fabulis quidem non accenso temere, quae de statua Sethonis Herodotus, sed eam Symbolicam fuisse, sentio, muremque, quam manu praetulit, signum fuisse internacionis Assyriorum, quam quidem precibus huius Sacerdotis pro superstitione sua tribuerunt Aegyptii. Optime haec ex Horri Apollinis Hieroglyphicis b) illustrari possunt, ut dubium non sit, quin ueritatem diuinam et illustre hoc miraculum confirmet potius Aegyptiorum fabula, quam obscuret. Miserum uero hominum agmen, quod Sethon secum habuisse fertur, commode interpreteris, de uastata a Sennacheribo Aegypto, quam milites aegyptios, odia cum Sethone intempestive fouentes, furori eius exposuisse, non existimo.

a) Lib. II. C. 141. *Sanacharibus Arabum Assyriorum Rex cum magnis copiis invasit Aegyptum.*

b) *Horus Apollo in Hieroglyphicis L. I. C. 47.*
Ἄφαντοὺς significantes Aegyptii, murem pingunt, quia omnia consumens inquinat et de-
perait.

*perdit. Insignis locus Plutarchi apud Spen-
cerum ex libro eius de India et edio: Per-
sarum Magi mures occiderunt, quos et odio
babebant, dicebantque esse Dei indignantis a-
nimal, similiter omnes Arabes et Aethiopes
eos execrantur.*

XXVIII.

Notanter Herodotus Sennacheribum Assyriorum et Arabum Regem appellauit, quod quidem ipsi uitio dedit Fl. Iosephus. *a)* Videtur uero nobilissimus ille Scriptor magnam Assyriorum potentiam respexisse, ad quam sub Regibus istis, quos modo memorauimus, peruererant. Non male igitur Ctesias Assyriaci imperii magnitudinem ab Indo ad Hellespontum et a Nilo ad Tanain posuit, quamuis falso crediderit, eam talem iam sub Nino fuisse, atque in posteris ad Sardanapalum usque nunquam immunitam. Certe sub Assyriis fuerunt Babylonia et Media, Mesopotamia et Syria, Armenia cum Asia minori et Arabia vastissimae regiones. Vir doctissimus Sam. Bochartus, *b)* fauente in primis Herodoto, obseruat, totum Assyriacum imperium in orientales et occidentales prouincias fuisse

fuisse distributum, sumtis Orientis et Occidentis terminis a fluuio Tigride, qui medius eas interfluebat, easque adeo in duas partes fere aequales diuidebat. Lumen quidem inde foenerari studet Gen. XI. 2. cum ex hac diuisione montes Ararat Sacro Scriptori recte in Oriente collocentur, quamuis terrae Sinear fuerint septentrionales, sed fallitur, si hanc diuisionem et ipsum regnum Assyriacum Mosis tempore iam obtinuisse sibi persuadet, quae ad tempora longe posteriora, si uera ea est, spectat.

a) *Antiquit.* L. X. C. I. p. 330.

b) In *Phaleg.* L. I. C. VII. p. 31.

SECTIO III.

MVTATIONES REGNI ASSYRIACI
BABYLONIIS MEDISQVE DEFICIENTIBVS.

I.

IN eo tamen rerum statu non diu persistenterunt res Assyriæ, sed uarias mutationes passae sunt, quibus regni uires non parum attenuatae. Bellis externis occupabantur Reges Assyriae, dum interea Nabonassar Babylonius, excusso Assyriorum dominio, sub quo huc usque Babylon floruerat, suaque ceperat incrementa, nouum in Babylonia conderet regnum, a Successoribus firmandum postea, amplificandumque. Plenam hic Historiae lucem desideramus, quae per partes saltem et ueluti radios emicat. Scriptura, a) temporibus Hiskiae, Babyloniae Regem memorat Merodach, filium Baladan, quem inter Successores Nabonassaris illum Mandokempudum, Regem in Canone Ptolomaei quintum, dubitandum non est, cum imperium ipsius ei tempori, quo aegrotauit Hiskias, uiditque ingens illud miraculum solis reuertentis, propter quod legatos ad Hiskiam misit Merodach,

dachi, exacte respondeat, quae sententia communi Chronologorum optimorum consensu non parum firmatur. Legationis huius memoriam in sacris persicis **TRIPLICIS MITHRAE** sibi reperisse uisi sunt Pachymerius et Maximus, Dionysii Areopagitae interpretes, quos tam a uero longe abesse, Ioh. Seldenus atque Gerhardus Vossius recte arbitrantur, quamuis ipsi coniecturis indulgeant, quae rei non satisfaciunt. Vera horum sacrorum explicatio ex Magorum de dupli principio doctrina fluit, quam ex antiquis Plutarchus edisseruit atque apud Thomam Hyde Sharistani, Scriptor Muhammadanus, latius deduxit, ut non inepte Μίθρας τριπλάσιος uideatur **MITHRA INVICTA** et, cum principio malo contendens, uictoriae plena. Sed haec cum ab instituto aliena sint quasi in transcurso, sufficit, ex ipsa legatione clarissime cerni, quoddam apud Babylonios imperium, quamuis tenue, extitisse, et quidem ab Assyrio distinctum. b)

a) 2. Reg. XX. 12, Esiae XXXIX. 1.

b) Adeo liquida et plana haec sunt, ut *Merodach iste nonnullis, quos Annus Viterbiensis decepit, Babyloniae imperium, uide-*

atur restituisse, de quo uide *Scaligerum de emendatione temporum* p. 371. Distinctum autem fuisse Babyloniorum imperium ab Assyrio, inde consequitur, quod legatos miserit Merodach ad Hiskiam, Assyriorum hostem.

II.

Quod dictum est de Nabonassare, eundem Assyriacum iugum abieciisse, haud obscure ex Berofo et Alexandro Polyhistore confirmatur, qui nobis causam redundunt, quare in notissimo illo Canone Ptolomaei nouam ille Babyloniae Regum seriem exordiatur. Fragmentum eorum Syncellus habet, a) in quo aiunt, Nabonassarum priorum Regum gesta collegisse, eaque ex conspectu publico remouisse, quo ab ipso Regum Chaldaeorum enumeratio inciperet. Ita enim uertendus est latine Syncelli locus, quamuis alii aliter sentiant, ut uidebimus pauclo post. Adhibita nunc analogia historica, quae clare docet, Nabonassaris antecessores fuisse Reges Assyrios, sequentia ex isto sponte fluunt. Chaldaeos etiam ante tempora Nabonassaris obseruationes suas coelestes, cum enumerat-

meratione Regum coniunctas, habuisse,
Easque in loco publico fuisse suspensas,
signumque certissimum, quod aliunde
etiam constat, Chaldaeos his Regibus sub-
ditos esse, quorum nomina in tabulis
publicis referebant. Nabonassarem igitur,
dum Regum Assyriorum se antece-
dentium recensionem ex publico con-
spectu remouit, suamque substituit, ni-
hil aliud fecisse, quam reiectis Assyriis,
semetipsum Babyloniae Regem decla-
rasse.

a) Integer locus *Chronogr.* p. 207. ita: *A Nabonassaro Astrorum motus, spatia ac tempora diligenter annotarunt Chaldaeи et a Chaldaeis Matheos graeci Interpretes edicti, quandoquidem, ut Alexander et Berossus, Chaldaicarum antiquitatum collectores nobis reliquerunt, Nabonassarus συναγαγὼν τὰς περιέχεις τῶν πρὸ ἀυτῷ βασιλέων ἡ Φάνισεν, ὅπιος ἀπὸ ἀυτῷ ἡ καταρίθμησις γίνεται τῶν χαλδαίων βασιλέων.*

III.

Istud, crediderim, uoluerunt, Ber-
ossus atque Alexander, apud Syncellum.
Sed uerbum αφανίζειν, quo utitur ille, du-
biae est interpretationis, quos nos puta-
uimus

uimus h. l. esse, *remouere ex conspectu*,
 cum significatus alias, si totum histo-
 riae Berossi nexum spectes, locum non
 inueniat, iste uero, quem attulimus,
 ueterum auctoritate, atque graece lo-
 quentium usu satis confirmatur. *a)* Hen-
 ricus Doduellus, *b)* Eduardus Stilling-
 fleetius *c)* et Ioh. Clericus, *d)* qui uer-
 bum istud per *delere et corrumpere* uer-
 tunt, loco Syncelli nostri contra Bero-
 sum male abutuntur, concluduntque, si
 Nabonassar antiquissimas Babyloniorum
 obseruationes deleuit, Berosum falsis-
 sime gloriatum fuisse, tot myriadum
 obseruationes Babylone suo adhuc tem-
 pore seruari, imo euertere etiam istud
 fidem obseruationum Callistheniana-
 rum annorum 1903, de quibus supra.
 Verum Jacobus Perizonius, *e)* qui, Be-
 rosum sibimetipsi non constare, cum
 reliquis affirmare non uult, uariis conie-
 cturis rem iuuare nititur, aitque tandem,
 Syncellum non ueram et genuinam ex
 Beroso tradidisse causam, cur a Nabona-
 sare cooperit, sed confictam ab aliis, Bero-
 so falso tributam, cum causam aliam non
 inuenirent, memoriae proditam. Imo
 Goarus mendum haud dubie in textu
 Syncel-

Syncelli quaesivit, quando ita reddit uerba citata: *Nabonassarus collectis priorum Regum gestis, qua ratione posteriorum Regum Chaldaeorum enumeratio a se inciperet, indixit.* Verum, quid opus est ad talia delabi, ubi suppetunt faciliora?

a) ἈΦανίζειν *Hesychio* est σκεπάσαι tegere uel abscondere, inde ἀΦανῆς obscurus, cui opponitur ἐπιΦανῆς illustris. ΑΦανῆς οὐτι γὰρ ή γενέη non ignobile quippe genus, apud *Calimachum Epigr.* XIII. et ἀΦαντος apud *Lucam C. XXIV.* 31. καὶ αὐτὸς ἀΦαντος ἐγένετο αἵπερ αὐτῶν sed ipse ablatus est ab eorum conspectu. Insignis locus est in *Trapezitico Isocratis* p. 861. quem repetit *Dionysius Halicarnass.* in *Vita Isocratis* ad calcem Orationum eius p. 1095 ed. Wolfii: ίνα δὲ μηδεὶς ἔλεγχος μὴ δὲ βάσανος γένοιτο περὶ αὐτῶν, ἐΦασκεν ήμᾶς ἀΦανίσαντας τὸν πᾶσα, αὐεγκαλεῖν αὐτῷ καὶ ἐξαγτεῖν τἙτον, ὃν αὐτοὶ ἡΦανίσαμεν: ne uero id facinus argui et per tormenta ueritas exquiri posset, dixerunt nos occultasse puerum: nunc uero ad se accusandum uenire, atque ipsum postulare, quem ipsi occuluissemus. Alia loca, qui desiderat, adeat *Nortonum Knatebbal* ad AEt. Ap. C. XIII. u. 41. p. 54. sq.

b) In appendice ad *dissertationes Cyprianicas* S. 23. p. 148.

c) In

- c) In *Origg. Sacris L. I. C. III.* p. 87.
 d) In *indice ad Stanleium uoce: Babylonicae obseruationes.*
 e) In *Origg. Babyl. C. II. et in Addendis* p. 338.

IV.

Tantum ex Historia de Nabonassare scimus, sed recentiores Chronologi pro hypothesi, quam quisque fouet, diuersissima nobis de eodem enarrant. Iosephus I. Scaliger, a) quem Ctesiam sequi constat, Assyriacum regnum, quod hoc tempore ad summum peruererat, cum Sardanapalo Anno P. I. 3839, annis ante Nabonassarem 128, ait, interiisse, succendentibus in eorum locum Regibus Medorum, sub quorum dominio et Assyrii et Babylonii fuerint. Nabonassar igitur ipsi non Assyriorum, sed Medorum iugum excussisse uidetur. Verum cum tunc temporis nondum extiterit Medorum imperium, ut probabimus infra, Scaligeri sententia per se corruit.

- a) *Ad fragmenta p. 41. et alibi passim, in Canonibus Isagogicis L. III. p. 315. et in notis ad Eusebium p. 60.*

V.

Iacobus Vsserius uero, qui iisdem Ctesiae erroribus, dum Sardanapalum

A.M.

A. M. 3254 P. I. 3957 periisse statuit, sponte se immisit, Nabonassarum se reperiisse credit *a*) in famoso illo *Belest*, Arbacis socio, in Scriptura Baladan, apud Bonem et Alexandrum Polyhistorem *b*) Belessus uel Beleussus, Nicolaum Damascenum *c*) Nanybrus appellato, qui, diuiso cum Arbace Assyriorum imperio, Babyloniae regnum per XIV obtinuerit annos. Verum quamuis in fauorem Ctesiae haec scriperit doctissimus Vfferius, omnia tamen a Ctesia sunt maxime aliena. Diodorus enim, ex mente Ctesiae, Belesin hunc nunquam Babyloniae Regem sed Satrapen tantum, ab Arbace Babyloniiis datum, perhibet, *d*) manifestaque est repugnantia temporis, si iuxta Ctesiam calculus instituatur, ubi Arbacis rebellio et imperii Assyriaci interitus longe altioris sunt temporis, unde et hoc in Orosio notauit Scaliger, *e*) et optimo quidem iure. Imo nocuit plus Ctesiae, quam profuit Vfferius, quando Sardanapali et regni Assyriaci casum ad tempora, quibus Thiglath-Pileser et Salmanassar erant potentissimi, traxit. Cautior in his Herm. Conringius, *f*) qui quam-

quamuis paria fere cum Vfferio sentiat, regni tamen Assyriaci excidium longe infra Sennacheribi tempora dimittit, unde Nabonassar ipsi Satrapa saltem Babylonius est, Merodach Baladan uero Belesis ille apud Diodorum, qui cum Arbace rebellauerit saltem contra Assarhaddonen siue Sardanapalum.

- a) In *Annalibus* aetate V. ad A. 3254. p. 49.
- b) Apud *Agathiam* L. II. loco admodum obscuro et uitioso: *Nini et Semiramidis posteri ad Belum usque Dercetadae filium regnarunt. Cum enim in hoc Belo Semiramicae stirpis successio desineret, Belicaras quidam nomine, vir insitor et bortorum, qui in regia erant, curator ac magister, imperium sibi mira ratione vindicauit, suoque generi inseuit, quem admodum Bion et Alexander Polybistor memoriae prodiderunt.* Quicquid de re ipsa sit, ex mente *Alexandri* haec ante *Sardanapali* fata euenerunt. *Sardanapalus* enim ex mente *Alexandri*, *Nabopollassarem* praecedit, de quo infra.
- c) In *Excerptis Peirescianis* p. 427. *Damasenus* ibidem nihil de *Nanybro*, quod *Vfferio* inseruire queat, qui inania haec nomina saltem eum in finem cumulauit, ut coniecturae ueri quandam speciem conciliaret. *Nanybrus Damasceno homo effoeminatus et imbellis*

imbellis est. Vnicum addo de *Nino juniore Castoris Rhodii* apud *Eusebium*, cuius quidem nulla mentio apud historicos antiquos alios, adeoque eundem fictum existimo, ut *Ctesiae cum Herodoto conueniret*, quam sententiam tuebuntur sequentia.

d) L. II. C. 24.

c) Lib. III. Canon. Isagog. p. 315.

f) In aduersariis chronologicis C. III. p. 148. sq.

VI.

Haec Salmanassaris potentia, qua longe lateque Rex iste ualebat, ex antiquis Syncellum *a)* fecellit, ut Salmanassarenam cum Nabonassare confunderet, quod et uidetur fecisse Eusebius, qui Salmanassarem Chaldaeorum Regem nominat. Recentiores nonnulli, qui cum antiquis coloniam istam, quam Rex quidam Assyriae *b)* ex Babylonia in terras Samitanas deduxit, Salmanassari tribuunt, Nabonassarem Salmanassaris subditum et Satrapam fuisse, existimant, in qua sententia sunt Conringius *c)* et Goarus. *d)* At a ueritate longe absunt Viri docti, non enim Salmanassar, sed Assarhaddon coloniam illam in Samariam adduxit, quod ex Esdrae IV. 2. nos docet *e)* Ioh.

Marshamus. Iste uero Assarhaddon contra controuersiam fuit Rex Babyloniae, de quo infra. Interim Salmanassaris potentia, quamuis eam magnam fuisse largiamur, minime tamen tanta fuit, ut ideo negemus, Nabonassarem Babyloniae reddidisse libertatem, cum uel in recentiori historia *f*) exempla prostent, ubi idem factum esse, certissimum est. Adiicit ex ingenio suo Conringius loco modo citato, Babylonem tunc temporis, quo iure clientelari ipsi praefectus fuerit Nabonassar, in ruinis iacuisse, dudum quippe exhaustam et desolatam, atque a Nabonassare nostro instaurandam, quod haud dubie Marshamus *g*) arripuit, qui, ulterius progressus, asserit, Babylonam tunc prium conditam fuisse. Quod quam falsum sit ex Scriptura et reliqua historia omni clarissime contra Marshamum adstruxerunt Viri doctissimi, Iacobus Perizonius *b*) et Campegius Vitrunga. *i*) Missas igitur faciamus has et reliquas de Nabonassare coniecturas, cum fingere nihil liceat in Historia.

a) In *Chronographia* p. 206. et in inscriptione Canonis Babylonici.

- b) 2. Reg. XVII. 24. sine nominis mentione,
 c) In *aduersariis Chronologicis* C. XI. p. 174.
 d) Goarus in annotationibus ad *Syn cellulm* p. 57.
Petauius diuersos Salmanassarem et Nabonassarem contendit L. IX. de doctrina temporum C. 52. hic nempe Babylonis, cum alter Assyriis, imperitabat. Quid tum. Annon unus alteri parere potuit, et ut Satrapa principis supremi leges obseruare et eius militare stipendiis? Haec auctoris nostri mens, hoc unum sermonis ab eo praemissi propositum.
 e) In *Canone Chronicō* p. 510. adde Scaligerum de emendatione temporum p. 370.
 f) Ita Bataui, non obstante Philiippi II, Regis Hispaniarum, magna potentia, qui classe invincibili Angliam petuit, tamen libertatem asseruerunt.
 g) In *Canone Chronicō* p. 509.
 h) In *Origg. Babylonicis* C. VI. p. 63. sqq.
 i) Pec. Dissert. de *Babylone et eius imperio* Commentario in *Esaiam* Tom. I. p. 492. sqq. insertam.

VII.

Tandem de eo dispiciamus, an Nabonassar cum Baladan illo Merodachi patre, ex Scriptura notissimo componi queat, quod ab Vsserio, ut supra diximus, factum est, at Scaliger a) dubitauit, Petauius contra istud diserte negavit.

gauit. *b)* Baladan illum Iosephus *c)* Babyloniæ Regem appellat, nec male, cumque nec Scriptura, eius mentionem otiose iniecisse, dicenda sit, non adeo a uero abhorret, Nabonassarem esse Baladan, ueteris regni Babylonici instauratorem, cuius uel filius uel nepos, notissimo hebraismo esse potuit Merodach, in quo certi nihil determinandum. Equidem CL. Perizonius locum hic habere existimat, quod in excerptis Photianis ex Persicis Ctesiae legitur Beli nomen, Belitana, quod quidem P. D. Huetius ad Belum antiquum trahit, ut uidimus supra. Notum interim est, quod ab idolis sibi nomina sumserint Chaldaeorum Reges, Baladan inde nomen erit idoli Baal, addito אָרְן siue Dominus, cumque Nebo et Baal inter se permutentur, atque Baal interdum adiectum habeat אָזְר & אָסְר *d)* sensu eodem manente, ut in exemplis aliis infra ostendetur, Baladan omnino esse potest Nabonassar, *e)* quod fuit in quaestione. Idcirco tamen Baladan nondum est Belesis propter aliqualem nominum conuenientiam, quae si alia maioris momenti repugnant, in minimis

mis ponenda est, imo interdum plane negligenda. Accedit Belesin ui uocis esse Beli Sacerdotem, non uirum sed foeminam. f) Merodachum autem, τὸς Baladan filium sumto ab idolo Merodach - g) nomine, atque quodam epitheto aucto, appellatum, in Canone Ptolomaei Mardok - empadum esse, apertus illius cum Hiskia Synchronismus loquitur.

a) Evidem Lib. V. de *Emend. Temp.* p. 371. et in *notis ad fragmenta* p. 43. Scaliger *Nabonassarum* eundem cum *Baladan* esse, putat, at in *Canonibus Isagogicis* dubitanter ea de re loquitur.

b) Petavius enim L. IX. de *Doctrina Temporum* et in *Rationario Part.* II. L. III. C. III. in *Ilulaeo*, quarto apud *Ptolomaicum Rege*, *Baladan* se inuenisse putat.

c) *Antiquit.* L. X. C. III.

d) מְרָדָך Martem esse Orientalibus probat Thomas Hyde de *Religione Vet. Persarum* C. II. p. 67.

e) Vid. Campegius *Vitrina ad Esaiæ C. XXXIX. u. I.* p. 404. Si nostris inhaereamus, *Baladan* spectat ad *Chamum*, *Nabonassar* autem ad *Nimrodum*, qui fuit Babylonii *Mars ex-celsus*.

f) Terminatio *is* apud Chaldaeos in nominibus propriis foeminini generis fuit, apud

Aegyptios uero communis, ita Βῆλτις et foeminae, *Semiramis*, *Aroitis*, *Nitocris*, et *Belesis* inde בָּל־אִיר בְּלִי *Beli virgo*, de qua *Herodotus*.

g) Stephanus Morinus in *Praefatione ad Opera Bocharti* p. 34. ad mentem Bocharti interpretatur adolescentem primo aetatis flore gaudentem, applicatque hoc nominis ad *Ninum*, qui נִינָה siue *adolescens* ille fuerit. Sed fallitur Bochartus et cum illo Morinus. *Mar- docentes* enim, diu ante *Ninum*, iam appellatur primus Dynastiae secundae, quae est *Arabum*, Rex apud *Alexandrum Polybistorem*. *Merodach* Babyloniorum idolum fuisse, ex *Ieremiae L. 2.* constat.

VIII.

Temporis notam, quo haec a Nabonassare gesta sunt, ductu Syncelli ex ipsis Canonis Ptolomaei characteribus a) de- promimus, secundum quos nouae hu- ius Dynastiae initium incidit in annum P. I. 3967 M. C. 3264, Iotham et Pekah, Iudee et Israëlis Regum, XII. Ipse au- tem Canon, quem omnium ueterum E- pochartum, tam coelestium quam histo- ricarum nobilissimam ex merito uocat Scaliger, ex tabulis Chaldaeorum astro- nomicis, Regum nomina et annos refe- renti-

rentibus, quas primum uel Berosus uel Callisthenes inter graecos uulgauit, b) et obseruationibus coelestibus Alexandrinorum, ductu eiusdem Epochae consignatis, a Ptolomaeo c) in modum Canonis περιχείρης, prout hodie extat collectus est. Quem postea Theon Alexandrinus, Imp. Heraclius commentariis suis illustrarunt, et a temporibus Antonini Pii, in quibus substitutus Ptolomaeus, cum aliis continuarunt. Interim quod nobilissimum hoc uetus statis monumentum uarias Scriptorum Genethliacorum et Ecclesiasticorum mutationibus d) expositum fuerit, dolemus, quorum ultimi eius rationes adeo ad uitiosos suos calculos reduxerunt, ut, prout a Syncello exhibetur, prorsus sibi dissimilis factus, aegre a Scaligero e) Chronologiae potuerit restitui. Felicior fuit in eo edendo Sethus Caluisius, qui eum ex Codice quodam, Ptolomaei ὑπόθεσες Φαινομένων continente, fauore Ioh. Oueralli, Londonensium in Ecclesia Paulina Decani, accepit, et Isagoges chronologicae partem fecit. Tandem Dionysius Petavius f) et in primis Henricus Doduellus g) Canonem

nonem nostrum summo studio ad fidem codicum examinarunt, et luci suae reddiderunt, ita ut nunc totius antiquae chronologiae basis appellari possit et debat.

a) Characteres huius Canonis partim sunt astronomici, diligenter a *Claudio Ptolomeo* in *μεγάλη συντάξει* notati, inter quos eminet Eclipsis illa lunaris ad Annum quintum *Nabopolassaris* relata, partim historici, infra a nobis sedulo inquirendi. Ex omnibus Viri docti colligunt, Canonis huius, ad fidem codicum restituti initium incidere in annos allegatos. Quae huius Epochae indoles, praeter *Ptolomaicum* et *Censorinum Scaliger de Emendatione Temporum* L. V. p. 368. et in *Canonibus Isagogicis* L. III. p. 284. sqq. *Petauius* L. IX, C. 58. de *Doctrina Temporum. Caluifius in Isagoge* C. XI. *Aegidius Straubius in Breuiario* C. XVIII. p. 483. sqq. *Antonius Pagius in dissertatione de Periodo Graeco-Romana, Criticae in Annales Baronii* praemissa, n. XCI. p. 46. et alii edisserunt. In primis *Henricus Doduellus in appendice ad dissertationes Cyprianicas* copiose et eleganter omnia exponit ab initio ad n. 19. et n. 34. sqq.

b) *Henricus Doduellus* obseruationum coelestium editionem *Berofo* tribuit, quod utcunque ex corrupto *Plini* loco et ex eo efficit, quod

quod optime *Beroſo*, cum Canone conueniat l. c. n. 24. 26. Idem sentit *Thomas Stanleius*, qui *Iosephum L. I. contra Apionem* p. 1043. memoriae prodidisse ait, *Beroſum* scripta astronomica et philosophica Chaldaeorum Graeciae intulisse, quod tamen ex loco *Iosephi*, quem prae oculis habuit *Stanleius*, non necessario fluere uidetur. *Iosephus* enim haud dubie Scripta *Beroſi* astrologica intelligit, quibus clarus extitit *Beroſus* inter antiquos. Probabilior est sententia *Iob. Marsbani in Canone Chronicō* p. 504. qui *Callistheni* harum obſeruationum publicationem tribuit, quas *Hipparchus* ad rem astronomicam aptauerit et Alexandrinis trādiderit. Quare uero astronomi graeci, cum Callisthenianae hae obſeruationes anno rum 1903 fuerint, ultra *Nabonassarem* non adſcenderint, eius causam ex *Ptolomaeo Petzonius* reddidit in *Origg. Babylonicas C. II.* p. 24.

c) Diserte *Synclillus συγχέιωσιν* quandam Regum Babyloniae *Ptolomaeo* tribuit p. 206. sq. quam in *Commentariis Theon Alexandrinus iunior canonis προχείρης* titulo ornat. Codices etiam Petauiiani hunc Canonem *Ptolomaeo* adſcribunt: Πτολεμαίς Κανὼν Βασιλέων Αστρογίων καὶ Μήδων, quare et *Suidas* eum inter scripta eius referre non dubitat, quem inter recentiores *Iob. Alb. Fabricius* sequitur in *Bibliotheca*

graeca L. V. C. XIV. p. 418. Erudite obseruat *Henricus Doduellus* §. 23. *Canonis* nomine omnem cuiuscunque generis catalogum ueteribus uenire, et $\pi\varrho\chi\epsilon\sigma\gamma\omega$ illum appellatum, qui in tabulas redactus, in promptu eslet, ut nulla illum oporteret operosa demonstratione inuestigare.

- d)* Vid. *Syncellus Chronogr.* p. 207. sqq. uaria de corruptelis Scriptorum Ecclesiasticorum huic Canoni studio illatis *Doduellus* habet §. 28, quibus addimus ipsam *Syncelli* confessionem p. 207. ubi de annis *Cyri*. Notat enim Mathematicos, quod *Cyro* nouem saltem annos tribuant, qui regnarit 31, quos ipsi assignauit in $\varsigma\alpha\chi\epsilon\omega\tau\epsilon$ ecclesiastica.
- e)* Vide eundem in *Canonibus Isagogicis* L. III. p. 284. sqq. ubi eum exhibet secundum Mathematicorum et Ecclesiasticorum rationes, atque secundum probabilem modum restituit.
- f)* *Dionysius Petavius* eum cum uariis Codicibus, in primis *Commentariorum Theonis Alexandrini* eis $\pi\varrho\chi\epsilon\sigma\gamma\omega\varsigma$ $\chi\alpha\nu\omega\varsigma\alpha\varsigma$ contulit, et ad calcem *Rationarii Temporum* uulgauit, nec magnam adeo differentiam in nominibus Regum inuenit, in annorum uero numeris nullam.
- g)* Summis laudibus depraedicanda est *Henrici Doduelli* diligentia, quam in *Canone* edendo adhi-

adhibuit in appendice ad dissertationes Cyprianicas p. 24. sqq. ubi eum cum characteribus a Claudio Ptolomeo in constructione magna notatis, cum rationibus Clementis Alexandrini ex L. I. Stromatum, ad $\sigma\alpha\chi\epsilon\omega\sigma\pi\mu\alpha\vartheta\eta\pi\sigma\alpha\tau\pi\eta\eta$ et $\epsilon\pi\pi\lambda\epsilon\sigma\iota\alpha\sigma\pi\eta\eta$ ex Censorino et Syncello, cum Commentariis Theonis Alexandrini, cum editionibus Scaligeri et Petavii comparat, confert etiam eundem cum MSCto quodam Sauliano sibi a Walliso communicato, cum apographis duobus MSCtis Isaaci Vossii, quorum primum Imp. Heraclit fuisse statuit, alterum ex eodem a recentiori auctore concinnatum, et denique cum Apographo Iacobi Vfferii notis ipsius marginalibus instructo.

IX.

Enim uero elogio tam magnifico indignus forsitan uideri possit Canon noster, nisi aduersus iniurias quorundam in tutto collocetur, et ab iniustis Hermanni Conringii et Ioh. Harduini oppugnationibus defendatur. Vehementer sane eius fidem sollicitat doctissimus Conringius, a) sed ut uerum fatear, ex mera hypotheseos suae de Successoribus Nebucadnezaris δ&λεσία. Primo enim contra eius integritatem obiicit, cum Ptolomaeus defe-

defectionem lunarem ad annum Nab.
 127 contulerit cum anno V Nabopolassar,
 ille autem annus Nabonassareus
 Nabopolassaris quintus esse non possit,
 ex eo, quod XVIIimus Nabonnidi iuxta
 Canonem meliorem annus fit Nabonassareus 207,
 concludit igitur, a Ptolomeo
 esse non posse, quod a Ptolomaeo
 dissentit. At enim uero, cum ex inspec-
 tione ipsius Canonis manifestum sit,
 annum Nabonnidi XVII ad annum Nab.
 209 pertinere, ut miro consensu Scri-
 ptores genethliaci et omnes codices ha-
 bent, dubium Conringii facile concidit,
 annusque Nabopolassaris V et Nabonassareus 127 optima ratione conueniunt. b)
 Addit Conringius, abire eundem a fra-
 gmentis Beroli, cum nulla in Canone
 Laborosoarchodi fiat mentio, de quo in-
 fra causa erit reddenda, ubi canonis cum
 antiquis fragmentis consensum ad liqui-
 dum perducemus. Scaligeri autem e-
 mendationes, de quibus ultimo loco
 conqueritur Vir doctus, cum conjectu-
 ris nitantur, nemo facile in detrimen-
 tum ipsius Canonis conuertet. Durior
 est in Canonem nostrum Joh. Hardui-
 nus,

nus, c) qui uitioso Plinii loco inductus, obseruationes coelestes etiam ante Nabopollassaris tempora Babylonii negat, d) in quo tamen mirum in modum fallitur, inscriptione porro Canonis deceptus, e) in eo Salmanassaris, Senacheribi, Deiocis, Phraortis, Astyagis, Asueri, Darii nomina desiderat, quasi historiam uniuersalem scripserit Ptolomaeus. Vito tandem uertit Canoni nostro, eiusque fidem prorsus euertere laborat, quod ille nouem tantum Aegypti Reges ante Cleopatram enumeret, cum, nisi quis falsi Scriptores caeteros fere omnes arguat, tredecim sint appellandi.

a) Vid. eius *aduersaria Chronologica* C. XII.

Numeros Canonis suspectos habet *Conringius* non ipsum Canonem, quod docet inscriptio Capitis: *Canonem Mathematicum Nabonassareum in annis Regum Babyloniorum non mereri fidem*, in quo Cl. *Fabricius Bibl. Gr. L. IV. C. XIV. p. 419.* consentit. Contrarium uero probare studebimus infra Sect. VI.

συναγωγή

b)	Annus <i>Nabopol.</i>	V	-	-	127	
	Anni eius reliqui	16	-	-	143	
	<i>Nabuchod.</i>	-	-	43	-	186
	<i>Eulmerodach</i>	-	2	-	188	
	<i>Neriglissoor</i>	-	4	-	192	
	<i>Nabonnadii</i>	-	17	-	209.	c)

- c) In *Cbronologia V. T. ad mentem uulgatae Bibliorum editionis concinnata et numis illustrata in Operibus selectis p. 543.* Prouocat ad consensum *Herbelotii*, quem dubitanter admodum de *Nabonassare*, totaque eum consequente serie in *Bibliotheca Orientali* p. 653. locutum existimat, uerba eius sunt: *C'est de Nabonassar, que l'on pretend avoir fondé une nouvelle Dynastie des Rois de Babylone dans la Chaldee, que Ptolomee a tire l'Epoque des années selon laquelle il a calculé les Eclipses.* Quibus uerbis tamen non ueritatem ipsius Canonis in dubium uocauit *Herbelotius*, sed istud affirmare non audet, quod *Nabonassar* nouae Dynastiae fuerit conditor. In quo etiam Cl. *Perizonius* animi pendet, utrum *Nabonassar* nouae Dynastiae fuerit Rex primus, quod quidem affirmit *Scaliger*, an uero alia subsit ratio, quare a *Nabonassare* celebris haec Epochæ exordiatur. Vid. omnino in *addendis ad Orig. Babyl.* p. 340. sq.
- d) Ad annum ante C. N. 644. *Hoc primum anno Babylonii siderum obseruationes in laterculis coctilibus annotarunt, nempe ante annos 720, quam Plinius scriberet, teste ipso L. VII. p. 94, sed uide, quae supra.*
- e) Inscriptio Canonis, quae sic habet apud *Petauium*: Πτολομαῖς Κανὼν βασιλέων αστροφίων καὶ Μῆδῶν, fecellit etiam Ioh. Marsham,

mum, qui *Neriglissorem* ideo pro Medorum Babylone regnantium primo accipit in *Canone Chronicus* ad Sec. XVIII. p. 597. Nec feliciter satis hunc nodum soluit *Henricus Doduellus*, quando §. 28. ita ait: *Insignitur haec Epochā Assyriis atque Medis et Persis, uerum illis duntaxat, qui Babylonem in potestate babuerunt, et ab eo usque tempore, quo illam obtinuerunt.* Sed ante *Cyrum* nullus Mediae Regum dominus Babyloniae, quamvis id constet de Assyriis *Affarhaddone* eiusque successoribus, quorum nomina in *Canone* haberi frusta negat *Harduinus*,

X.

Sed nondum haec ita comparata sunt, ut tam nobilem Historiae partem nobis eripi, patiamur. Sane *Henricus Doduellus* in notis ad hunc *Canonem* obseruauit, inscriptionem hanc, quae Viros doctos turbat, in utroque apographo *Isaaci Vossii* desiderari et longe aliter eam exhibere *Theonis* fragmentum; a) primum a se uulgatum, ex quo facile, quae uis argumento *Harduini* insit, perspicitur. Diuersa quoque ratione eandem habet et *σοιχείωσις* astronomica et Ecclesiastica apud *Georgium Syncellum*, unde etiam *Scaliger* eam in *Canonibus Isago-*

Ifagogicis omisit. Petauius uero, quod non nego, Assyriorum et Medorum nomina in fronte eius inuenit. Ad conciliationem autem diuersarum harum lectionum inseruit, elegans obseruatio Henrici Doduelli, b) in usu historico huius Canonis uarias eius factas fuisse epochas, quarum prima a Nabonassare ad mortem Alexandri pertingit, quod uel inscriptiones eius apud Syncellum confirmant, cum deinde alias titulus, qui nunc in controuersia est, in quibusdam codicibus Assyriorum et Medorum Reges promittat, id Graecis tribuendum statuo, qui his nominibus promiscue utebantur, et Babylonios cum Assyriis, Persas uero Medis miscere solebant, ut nec negat ipse Marshainus. Persarum igitur nomen alteri huius Epochae parti a Cyro exordienti explicationis gratia additum, plus quam coniicio. Ita conjectura procedit, si cum ratione graeculos hic exigisse, constet, quod si uero cum illis, diuersissima huius temporis imperia Assyriacum, Babylonicum et Medicum confundere in unum, uelis, ut quidem fecit Syncellus, non longe pectenda

tenda erit huius inscriptionis causa. c) Verum cum Canon ille ex solis obseruationibus Babyloniorum, ipso, quo conjectae sunt, tempore Regum Babyloniae nominibus consignatis, collectus sit, frustra in eo exotica nomina quaeri, certissimum est.

a) Istud generatim sic habet: Κανόνιον τῶν Βασιλεῶν ἐπὶ συναγωγῶν.

b) I. c. §. 28.

c) Vid. ille in *Chronogr.* p. 207. f. Canonis astronomici titulus est penes illum: *Anni a Nabonassare Chaldaeorum Rege ad Alexandri conditoris obitum iuxta regulam astronomicam*, quae inscriptio haud dubie Alexandrinorum est in Aegypto. Sed longe diuersa est illa Ecclesiasticorum, quae manifeste regna confundit: *Anni a Salmanassar, qui et Nabonassar iuxta ecclesiasticum computum usque ad Cyrum et deinde ad Alexandrum M.* Vide infra perspicuum *Syncelli* locum, in quo Babylonicum regnum cum Medico conturbat.

XI.

Alterum accusationis caput de nouem Aegypti regibus ante Cleopatram collocandis, Canonis fidem non tollit, quod quidem credidit Harduinus. Quid enim

enim illud ad Canonem Babylonicum? si etiam Alexandrini in notandis Regum suorum annis fuissent negligentiores, quorum igitur catalogum aliter necesse non potuit, quam inuenit, Ptolomaeus. Sed salua res est, totidem quoque Aegypti Reges agnoscit etiam Clemens Alexandrinus, a) et ipse Harduinus alio in loco Reges illos, qui Lathurum inter et Auleten a nonnullis, ex fide dignis estimoniis recensentur, atque hoc in loco litis materia sunt, non agnoscit, eorumque memoriam in numis, qui utramque quidem paginam iuxta illum Historia faciunt, non extare fatetur. b) Lacunam quidem hic patitur Aegypti Historia, quod negari non potest, quam ex fragmento Porphyrii et Appiano Alexandrino dudum iam suppleuerunt Viri docti. Cum tamen in colligendis rationibus chronicis nec ipse Porphyrius eorum Regum annos, qui Lathurum inter et Auleten quasi intercalandi sunt, attendat, ex eo explicabimus et Clementem Alexandrinum et Canonem Ptolemaicum, ita quidem, ut redicim Aegypti Reges ante Cleopatram

tram numeremus, neutiquam tamen in rationibus chronologicis eorum nomina desideremus.

a) L. I. *Strom.* p. 331.

b) In *Chronologia V. T.* p. 579.

XII.

Babyloniorum, de quibus huc usque exposuimus, exemplum sequebantur Medii, quibus ad hanc defectionem non modo Sennacheribi foeda clades, quam in Iudaea accepit, sed et internae regni dissidia, inter filios eius, post violentam Patris caedem exortae, haud dubie prae- buerunt occasionem, ut non inepte ui- sum Conringio et Harduino. a) Clarum de re ipsa testimonium apud Herodo- tum legitur L. I. C. 95. b) in quo Medos excusso seruitutis assyriacae iugo liber- tam et αὐτονομίαν denuo sibi asseruisse, eosque, strenue contra Assyrios praelia- tos, Deioci cuidam, nobili inter istos et æqui amantissimo Viro, sese sponte sub- iecisse, dicit. Occasio uero, quam no- minauimus, plane consequitur ex cha- racteribus chronologicis ab eodem au- toris suppeditatis, quando Astyagen,

Regum ultimum, a Cyro sublatum, imperioque finem impositum fuisse, refert, ex quo illud annos CL. floruerat. c) Cum igitur haec Cyri uictoria in finem anni Nab. 188 incidat, defectionem Medorum anno Nab. 38, qui est P. I. 4104, septimus fere post casum Sennacheribi in Iudea, contigisse, inde colligitur.

a) Locis infra citandis, quando de eo dispiciemus, an *Assaraddon* sit *Sardanapalus*.

b) Locum, quem supra ex parte iam adduximus, cum proprie huc spectet, plene recitamus: *Quum Assyrii annis quingentis uingtoni superiorem Asiam obtinuissent, primi Medi ab ipsis deficere coeperunt, qui cum Assyriis pro libertate proeliati strenue se gesserunt, excussoque seruitutis iugo, in libertatem sese assertuerunt. Post quos et aliae nationes idem fecerunt.* Ait hoc loco *Herodotus*, Medos primos ab Assyriis defecisse, post hos et idem fecisse et alias populos, quod non obscure notat regni Assyriaci dissolutionem, quae sensim fit, non uero subitaneam subuersionem, ut uolunt Ctesiani. Babylonios quoque ad *Nabopolassarem* usque sub Assyriis fuisse, *Herodotus* sensisse uidetur, quod coniicio ex eius uerbis L. I. C. 178. *Assyriorum regia fuit Babylon post euersam Ninum*, quasi antea non fuisset regia.

gia. Assyriam vero intelligit, *cuius portio Babyloniam* L. I. C. 106.

c) Vid. *Herodotus* L. I. C. 101. sqq. ubi ex annis, quos singulis Regibus tribuit, sequens laterculus emergit:

<i>Deioces</i>	-	53
<i>Pbraortes</i>	-	22
<i>Cyaxares</i>	-	40
<i>Astyages</i>	-	35
		<hr/>
		150

XIII.

At dicit Herodotus, ante Deiocis imperium apud Medos ἀναγχεῖαν fuisse, cuius tempus tamen, non minimo Chronologiae damno, haud definiuit. Id quod Iacobus Vfferius *a*) in commoda sua conuertere laborat, quando hanc defctionem factam esse, asserit, annis 40 ante Sennacheribi cladem, quo tempore ab Arbace sublatus sit Sardanapalus, Medis redditā ἀναγχεία, sub Deioce tandem in regnum mutanda. Bene nunc Herodoto cum Ctesia conuenire, si sola temporis differentia tollatur, quam Ctesiae fabulis adscribit, cumque Thilgath-Pilneser, Tilgamus Aeliano, *b*) Ninus iu-

nior Castori Rhodio c) apud Eusebium, regnum Assyriacum instaurauerit, conciliationem hanc, cum Historia Sacra, quae Reges Assyriacos post haec tempora memorat, stare posse, arbitratur. At, quod supra diximus, hac ratione Ctesiae hypothesis, quae, ut Scaliger eam exposuit, speciem quandam ueri habuit, plane nunc impossibilis euasit. Quis enim sub uno Israëlitarum Rege Pekah prorsus deletum Assyriorum Regnum, urbem subuersam, et mox iterum utrumque, et regnum et urbem, renatum, ad summam quidem potentiam, qualis fuit Tiglath - Pilneseris, Vfferio credet? Imo Mediam tunc temporis Assyriis adhuc subditam fuisse, clare ex eo discimus, quod Salmanassar partem captiuorum Israëlitarum in ciuitatibus Medorum, quos dubio procul suo sub dominatu tenuit, collocauerit, 2. Reg. XVII. 6. quod dubium iam male habuit Eusebium, ut ex Syncello constat. d) Vfferius tamen haec utcunque conciliaturus, ait, e) αναπ-χείαν Assyrio opportunitatem ministrasse ad ciuitates Medorum occupandas, sed recte quaerit Ulricus Huberus, f) quare

quare Assyrii Medos, tunc temporis uitatim dispersos, secureque habitantes, hac ratione non suppresserint omnes. Quibus difficultatibus facile sese Vsserius expedire potuisset, si, spretis plane Ctesiae fabulis, solum Herodotum nobiscum fuerit secutus.

- a) Ad A. M. 3254. p. 49.
- b) Lib. XII. *Hist. Animalium* C. 21. Aelianus obiter saltem duorum Assyriae Regum *Tilgami* et *Sacchorae* mentionem iniicit, quid uero egerint, cuiusue temporis fuerint, ex mente Aeliani, obscurum est.
- c) De quo uid. *Gerb. Iob. Vossius de Hist. Gr.* L. I. C. XXIV. p. 158. sq.
- d) Quaerit ex Eusebio *Syncellus* p. 205, si sunt ea Eusebii, quae *Syncellus* l. c. habet, quod quidem Scaliger ex *Cedreno* colligit, quomodo factum sit, ut, cum constet in Sardanapalo Assyriorum imperium defecisse, Scriptura tamen aliorum Regum Assyiae mentionerit, in specie hoc in loco dicat, captiuos in montibus Medorum fuisse collocatos, rationem reddit Eusebius, uel ipse *Syncellus*, ut uult *Goarus* in notis, *Salmanassarem* quidem Assyriorum Principem fuisse, sed *Arbaticis* potestati pleno modo subiectum, sed fruolam hanc conciliationem ipse Scaliger merito abiicit in notis *ad graecas* p. 257.

- e) Ad A. M. 3283. p. 54. ut autem ratio huic argumento magis constet, notari debet etiam *Damascenos* in Mediam a *Tbiglath-Pileser* fuisse deportatos, si *Kir Amos* l. 5. 2. Reg. XVI. 9. *Media* est ex multorum sententia, quae certe *Elymaeis* iungitur *Esaiae* XX. 6. Amos uero ad Israëlitas C. V. 27. *Submouebo eos longinquius, quam submota est Damascus*, ut uerba uertit *Samuel Petitus*, ex quibus colligas, in intima Mediae Israëlitas deductos.
- f) De genuina aetate *Affyriorum et Medorum* Dissert. V. §. 6. p. 84. sqq.

XIV.

Αναγκεία autem illa, quae adeo Chronologos turbat, distinguenda haud est ab annis istis quinquaginta tribus, quos Deioces tribuit Herodotus. Vsu enim saepius uenit apud eundem, ut *αβασίλευτον tempus συνενδοχηνῶς* proximo adscribat Successori, id, quod pluribus exemplis etiam ex hac historia constabit. Idem etiam requirit Affyriaci Imperii Chronologia, suis characteribus supra munita, quae hoc ipso Medorum calculo nititur, atque temere conuelli haud potest. In primis autem Appianus Alexandrinus, a) Iisdem cum Herodoto calculis usus, consentit,

sentit, quando Assyriorum, Medorum et Persarum tempora in summam 900 fere annorum colligit. Subductis igitur Assyriorum 520, Medorum 150, Persarum annis 230, nihil plane residuum erit pro tempore *αβασιλέυτω*, quod sub annis Deiocis contineri, inde perspicuum est atque manifestum. Percepit etiam ita mentem Herodoti Iosephus, b) qui, de temporibus Regis apud Babylonios Medodach locutus, ait: *Eodem tempore contigit Assyriorum imperium dissolui.* Sed aliud uisum est Diodoto Siculo, c) qui Cyaxarem, quem pro Deioce nominat, post *αναρχίαν* Anno Olymp. XVII secundo, siue ante initium Cyri annis CL ad solium euectum esse, quasi ex Herodoto memorat, qua certe ratione *αναρχίαν* ab imperio Deiocis distinguit, sed interpretem saltem Diodorus agit, salua rei ueritate.

a) Appianus in Praef. *Historiae Romanae*: Ασυρίων καὶ Μήδων καὶ Περσῶν, τριῶν δὲ μεγίστων ἡγεμονιῶν εἰς Αλέξανδρον τὸν Φιλίππης συντιθεμένων, γάτ' αὐτοῖς, ὁ χρόνος ἐφίκοιτο τῶν ἐναντίων ἐτῶν. uid. quae de genuina huius loci uersione notauit C. S. Schurzleischius de *Affyrio-Chaldaeorum primordiis* §. 2.

b) Lib. X. C. 3.

c) Lib. II. Bibl. C. IX. Plurimi ibidem pro *Cyaxare* legunt *Deiocem*, quod postulant etiam in mox sequentibus characteres chronicis: *Secundo septimae ac decimae Olympiadis anno factus est Medorum Rex Cyaxares secundum Herodotum.* A Cyri nempe exordio, quod ex illius sententia in Olympiadis LV. initium, indeque in Anno P. I. 4154 medium incidit, subductis annis 150, primus primi Medorum Regis annus in Annum P. I. 4004 medium, siue Olympiados XVII annum II. uel III. deducendus relinquitur, quae uerba sunt *Vſſerii. Scaliger*, qui, in loco Diodori pro $\lambda\zeta$ substituit $\lambda\zeta\delta\lambda\mu\pi\alpha\delta\sigma$ ex merito notatur ab *Hubero Dilect.* VI. §. 4.

XV.

Medorum igitur *ἀναγένεια* et Deiocis initium in Assarhaddonis tempora incident, quo tenues erant res Assyriorum et fere prostratae. Quae, quamuis luctuosa sint, et grauissimorum auctorum Dionysii Halicarnass. a) et Appiani Alexandrini b) consensu fermentur, tamen Ctesiae c) Sectatoribus prorsus ad palatum non sunt, ut potius dubiis quam plurimis se immittere, quam sponte fluenterem

entem Herodoti sententiam accipere uelint. Multo conatu et hic Ctesiam defendit Vlricus Huberus, *d)* quae uero disputat, uel Vslerium saltem feriunt, uel pondus adeo magnum non habent. Nihil enim est, quod obiicit, neminem Scriptorum ueterum, quasi illi in copia prostarent, praeter Herodotum unquam in Asia superiore democratiam commemorare, sed dissentire illos omnino, quibus Medi cum Apollonio apud Philostratum sint *τας τυραννίδας προσκυνήτες*. At uana est graecorum de barbaris naturis seruis sententia et ab eruditis diu iam explosa, accedit, quod breuioris temporis haec democracia fuerit, uix digna, quae multis commmoretur. Evidem iactat Ctesias, se sua ex diphtheris persicis sumisse, quae, si ad Assyriaca quoque extendenda sint, Ctesiae fidem in tuto collocant, at cum sublestam eius fidem atque commenta manifesta tot tamque grauia ex Historia Sacra iam producta dubia arguant, *e)* eundem hac ratione falso ad diphtheras persicas prouocasse, ipse Huberus cogitur fateri. Vera non locutus est, quando apud Diodorum

rum ait, Ninum ab Arbace fuisse solo aequatam, et ciues in pagos distributos, deletumque prorsus Assyriorum regnum et ad Medos translatum, apud quos magna postea fieri coeperit Ecbatana. Post haec tempora enim maxima incremen-
ta ceperunt, et regnum Assyriorum et re-
gia Ninus, cui interitum Iosiae demum
tempore Prophetae denunciant. Con-
tra Herodotus non euersum tunc tem-
poris, sed defectionibus saltem labefac-
tatum Assyriorum imperium, statuit,
eius autem et Vrbis exitium ad ea tem-
pora retulit, quibus illud certiora moni-
menta vindicant. Scaliger f) tandem,
qui uno in loco magnifice pro Ctesia lo-
quitur, alio ineptam eius cum Herodoto
aemulationem ingenue castigat.

a) *Dionysius L. I.* ait: *Medicum imperium e-
uerso Assyria et parta maiore potentia, eam
diu non retinuit, sed quarta aetate cuersum
est.* In quo, quod non nego, ex parte se-
quitur *Herodotum*, ex parte deserit *Dionysi-
us*. Afferit enim Assyriorum imperium a
Medis euersum esse, cum Medi rerum po-
tirentur, quod praeter *Herodotum* dixit.
Quatuor aetates de *Deiocis*, *Pbraortis*, *Cy-
axaris* et *Astyagis* imperio, omnes, quoad
sciam, explicant. b) Lo-

b) Locum iam uidimus, contra quem *Huberus* excipit, *Appianum* in hac praefatione, in qua Reipublicae Romanae prae reliquis omnibus excellentiam afferit, magis Oratorem agere, quam *Historicum*, a qua sententia parum abest *Schurzfleischius* c. l. Sed ponamus Oratorem agere Appianum, non ideo fidem perdidit. Quae enim gloria Populi Romani ex re omnium consensu falsa, ut quidem credit Huberus, uid. quae *Job. Guil. Bergerus*, singulare Wittebergensium decus, de fide *Oratoria in argumento rei gestae*. Vitemb. 1710.

c) *Ctesiae* fabulas fuse exponit *Diodorus Sic.* Bibl. L. II. eiusque ab *Herodoto* dissensum notat quidem, iudicium tamen prudenter suspendit. *Iustinus* vero cum *Ctesia* Medorum imperio annos tribuit 350, L. I. C. 6. *Ctesias* enim plures Reges habet, quam *Herodotus*, utut, dum nulos ultimus duobus Regibus imperii annos assignat, incerta rediderit *Arbacis* initia. Vide de his fusius differentem *Job. Marshamum* in *Canone Chronicum* p. 525. sq. Scriptorum Ecclesiasticorum aliae sunt rationes, qui quasi defectu laboret *Herodotus*, eum ex *Ctesia* supplent et *Deioci* *Arbacen*, *Sofarmum*, *Medidum*, *Cerdicium*, inania nomina, praeponunt.

d) In

- d) In saepius cit. *commentatione de genuina
aetate Affyriorum et regno Medorum* Dissert.
V. p. 74. sqq.
- e) Notanter Huberus l. c. *Et quidem Ctesiam,
cum ex regiis Persarum membranis suas de
Medis traditiones excerptas profiteatur, men-
tiri, si quidem uera non loquatur, necesse est,
quando per imprudentiam malitiamque a-
liorum, quod Herodoto forte contigit, tan-
to instrutus subsidio labi non potuit.*
- f) Verba Scaligeri obiicit Huberus l. c. §. 50
p. 82. *Qua de re magnus Scaliger etc. in
Canonibus Isagog. L. III. Part. II. p.* In
notis uero ad fragmenta Scaliger: *Ine-
ptum graeculum, modo Herodoto aduer-
setur, nihil pensi habere, multa ab eo hu-
manitus, multa etiam consulto per Ση-
λοτυπίαν peccari, atque id non obscure co-
gnosci ex Photii parietinis.* Quam incon-
stantiam rede notauit Hermannus
Conringius Aduers. C. I.
p. 145. sq.

SECTIO IV.

HISTORIA ASSYRIACI REGNI
PERDVCTA AD FINEM.

I.

In tanta igitur regni Assyriaci per tot gentium defectionem facta diuulsione, noli cum Ctesianis existimare, ipsius imperii finem adfuisse, durauit illud longius, pristinoque robore recepto, uictoriis denuo inclaruit, et caput extulit. Regi Sennacherib parricidium passo, Asfarhaddon filius, ut Sacri Scriptores testantur, *a)* successit, quem Herm. Conringius aliquique Sardanapalum interpretantur, *b)* idcirca ab aliis ex hypothesi quidem, non tamen praeter omne meritum notati. *c)* Medos ille sub iugum iterum mittere studuit, infelici quamuis successu, ut ex Herodoto colligitur, sed quin Babyloniam receperit, dubium non est. Ipsum nomen, quod diserte inter Reges Babyloniae a Ptolomaeo *d)* recensetur, eius rei indicium est manifestum, addo et gesta huius Regis reliqua, quae cum Babylonis dominum fuisse supponunt.

nunt. Quo pertinet, quod desolatam Samaritanorum terram nouis incolis repleuerit, ex Babylonia, Cuthia aliisque locis deductis. e) Regem Iudeorum Manassen, propter nefanda crimina a Deo sibi traditum, captiuum Babylona abduxerit, post diuturnum carcerem iterum dimittendum. Quae omnia hac occasione facta fuisse, Iacobus Perizonius existimat, cum strenuus ille Rex Aegyptiis bellum inferret, et Azotum, Phoeniciae urbem, expugnaret. Cum uero certis rationibus haec Assarhaddonis expeditio aegyptiaca confirmari non possit, Sargon uero ille apud Esaiam C. XX, Azoti uictor, Assarhaddon non sit, ut supra adstruximus, f) non quidem temere abiicimus, quod ex analogia historiae aegyptiacae colligit Vir doctus, istud tamen, cum argumentis destituamus, nostrum ideo non facimus.

a) 2. Reg. XIX. 37. Ies. XXXVII. 38. add. *Iosephus Antiquit. L. X. C. II.*

e) In aduersariis Chronologicis C. III. p. 149. ubi inquit: *Quid? quod Herodoteo illo anno defecitionis Medorum Sardanapalum, a quo Medos defecisse vulgaris est fama, Assyriis imperasse,*

perasse, itidem *sacris nostris codicibus significetur*. Referunt uidelicet illi, Sennacheribo successisse filium Assarhaddon, quem LXX Interpretes Ασορδαν appellant, bunc autem per affinem esse Sardanapali nemo non uidet. Ec uero forte audiuit ille Asardan-bal, ut gracis facile fuerit, inde suum Sardanapalum confidere. Nisi mauis Nabat a suis dictum per contemptum, Regem luxu et stultitia perditum. Primos, ni fallor, haec coniectura auctores habet Gilbertum Genebrardum in Chronico p. 70. et 85. et Nicolaum Abramum in Pharo V. T. Lib. VI. p. 164. Iob. Harduin in Chron. V. T. Opp. sel. p. 546. nomen eius compositum ex שָׁרְדָן et סָרְדוֹן contractum existimat in *Sardan* uel *Sordan*, cui deinde graeci adiecerint alterum ἀπαλός, *mollis*, quoniam *Affyrii molles*, unde in proverbio *luxus Affyrius*.

c) Ulricus Huberus de genuina aetate *Affyriorum* et regno Medorum Dissert. VII. §. 3. p. 125. sqq. negat, Assarhaddonem esse Sardanapalum, cum ex nominum quadam convenientia fallax admodum ducatur argumentum, quod acmitto, si ex sola nominis convenientia argumentum petatur, sed Conringius etiam reali argumento innititur; addic Huberus Sardanapalum Assarhaddonem non esse, quoniam Medi diu ante eius nativitatem defecisse apud Herodotum legantur, in

quo principium petit Vir doctus, ut iam ostendimus. Cum denique Assarhaddon nec Assyriorum Regum ultimus fuerit, eiusque gloria gesta perditis Sardanapali moribus non respondeant, credit secundum comparationis regulas Assarhaddonem cum Sardanapalo componi non posse. Nec dissentit ab Hubero doctiss. Schurzfleischius in *animaduersionibus ad graecum Eusebii chronicon* n. MCLXXVIII. quas *Notitiae Bibliothecae Vinariensis* frater eius H. L. Schurzfleischius subiunxit p. 217. ubi in primis contra *Harduinum* disputat, notatque has contractiones, quas *Harduinus* supponit, Hebraeis esse inusitatas, deinde tempus alterius in ἄπαλος Syllabae, quod breve est obstare, cum in Sardanapalus proxima ab ultima Syllaba semper extendatur, quod, si ex Oriente eius nominis natales repetantur, largior, si uero grammaticos graecos audire, quis uelit, istud noto, hypothesi eos indulgere, obscoeni quid in nomine Sardanapali, penultimam geminando, captantes, unde et Codices quidam eundem diserte Sardanaphallum uocant. Potest tamen Conringianae sententiae aliquid subesse ueritatis, ita quidem ut *Sardanapalus* fuerit duplex, a quo Medi defecerunt aliis, et aliis, sub quo Ninus excisa, de quo infra. Sane *Callisthenes* L. II. *Perfitorum* apud *Suidam* in uoce *Sardanapalus* Tom. II. Edit.

Ku-

Kusteriana p. 287. duos fuisse memorat *Sardanapalos*, unum quidem strenuum ac fortis, alterum uero delicatum. Delicatum de Assarhaddone interpretamur, aetatem quidem eius et tempora distinguendo scilicet Assarhaddon, filius Sennacheribi natu minimus, haud dubie in Gynaeceo educatus, adolescens erat, uel puer etiam, cum regnum capesseret, effoeminatus, unde Medis occasio deficiendi, puero molli subesse, dignatis, sed hanc mollitatem ineuntis iuuentutis magnis postea emendauit virtutibus Assarhaddon. Nec repugnat nomen *Sardanapali*. Est enim Sardanapalus ipsius Assarhaddonis nomen auctum uoce Baal uel Pal, literis unius organi permutatis et Baal contracto in Bal, quae etiam in nomine Nabo-Pall-assaris legitur, quodsi deinceps in Asar et Adon praeformatiuae omittantur, ut pro Aram Matth. I. 3. 4. Luc. III. 33. סָרְדָּנָפָל dicitur Ruth. IV. 19. 1. Chron. II. 9. habebis Sar-dan-pal, quod non obsceno quodam, sed hoc sensu uenit: *Bulus est primus et Dominus.* *Campegius Vitrina* uero, qui ad Esaiæ C. XXXVII. u. 38. Tom. II. Commentarii p. 391. *Marsbamum* notat, quod in *Canone Cbronico* ad Sec. XVII. p. 514. Assarhaddonis nomen in *Canone Ptolomaei Ασσαραδινος* ab Adon duxerit, non aduertit literas gutturales נ et נ hoc loco alternare,

quod usu frequens esse ipse Vir doctus fatetur alio loco. Prudenter igitur *Herm. Conringius*, sub Assarhaddone siue Sardanapalo Assyriorum imperium deletum fuisse, negat, quod iuxta Scripturam et *Herodotum* diu post Medorum defectionem superfuerit, uid. C. IV. et quae ex illo supra Sect. III. §. 5.

d) Assaradinus annos XIII, sunt uerba Canonis. Nostrae sententiae *Vsserius* in *Annalibus* p. 59. *Marsbamus* in *Canone Chronico* l. c. et *Perrizonius* in *Origg. Babyl.* p. 67. fauent. Minus recte uero *Christoph. Adamus Rupertus* ad *Synopsin Besoldianam* C. III. p. 49. *Dionysium Petavium* & alios castigat, quod Assaradinum Assarhaddonem esse existiment: *Nomini*, inquit, *et rationi temporum hic minus roboris inesse reor, quam, ut Assyrium et Babylonicum regnum hoc tempore coniungam, et sub uno fuisse credam, diuersos Reges simul habuit Assyria, Chaldaea, Media etc.* Quid uero clarius in rem nostram, dum Assyrium et Babylonicum regnum omnino coniungimus, dici potest a Sacro Scriptore 2. Chron. XXXIII. II. 13? *Principes exercitus Regis Assyriorum ceperunt Manassen, et duxerunt in Babylonem.*

e) Fatentur id ipsi coloni in Samariam deduci Esrae IV. 4. ex quo 2. Reg. XVII. 24. recte explicatur.

f) Vid.

f) Vid. supra Sect. II. n.

II.

Nouam coloniam cum in Samaritanas terras duceret Assarhaddon, reliquias Ephraimitarum, qui loca haec incolebant, atque captiuitatem sub Hosea Rege euaserant, haud dubie solum patrium relinquere coëgit. Ita sentire nos iubet diuinus uates Iesaias in illustri uaticinio C. VII. 8. *deinde intra 65 annos confringetur Ephraim, ut non sit populus.* Vir CL. Hermannus Witsius a) ingenue fatetur, non exiguam difficultatem esse, ut iustum horum annorum computationem inueniamus, cui Hugo Grotius textum sollicitando, uoluit mederi. Cuncta uero ex facili fluent, si, quod Junius atque Annotatores anglicani b) et Ioh. Harduinus c) de sensu huius uaticinii nos docuerunt, debita ratione ad Chronologiam applicemus, qui sacrum uatem de pleno populi exilio, quod ipsi temporibus Assarhaddonis euenit, locutum existimant. Ponamus igitur uaticinium hoc editum esse anno Ahas III. f. P. I. 3975, quo Iuda durissimum bel-

lum a Pekah Rege Israëlis et Rezin, Syriae Rege uerebatur annum LXV, quem terminum Ephraim statuit Esaias, in annum P. I. 4040. siue Nabonass. 74, qui septimo Assaradini in canone respondebat, incidere, liquido constabit, ut adeo temporum rationes huic sententiae apprime faueant.

- a) In *Decappylo* siue *de decem Tribubus* differentiatione C. II. §. 13. p. 316. lqq.
- b) Vid. *Rob. Bailius in Opere Historico et Chronologico* L. I. Quaest. XXIV. p. 86, cuius rationes, quae nostris aduersantur, facilem admittunt solutionem.
- c) In *Chronologia V. T.* p. 546. Opp. sel.

III.

Breibus etiam nunc expediri potest controuersia illa, quae inter Viros doctos agitatur de patria Cuthaeorum, quorum mentio in colonia noua Samaritana. Iosephus Iustus Scaliger, a) metu quodam haud dubie inductus, ne regnum Assyrium et Babylonicum confunderetur, Cuthaeos, qui quidem Babylonii proxime iunguntur, longo terrarum interuallo a Babylonii seiunxit, atque

que in Colchide , in qua Apollonii Rhodii Scholia *τοπογραφίας* urbem memorat, quae siuit , in quo itinere eum secutus est Mathaeus Hillerus. b) Sed dubito, utrumque Cuthaeos nostros ibidem inuenisse. Melius certe Fl. Iosephus c) et cum illo Hugo Grotius d) Cuthaeos ex Persia repetunt, qui quidem prope absunt a sententia S. Bocharti , e) Cu-thaeos in Babylonia collocantis. Scilicet Susiana pars erat terra Chus, quae chaldaice Chuth , haec autem, priusquam Persiae sub Cyro accessit, iuris et potestatis erat Babylonicae.

a) In notis ad *Propertium Lib. I. Eclog. I.*

b) In *Onomastico Sacro Part. I. Via XV. C. XLIV. p. 601.*

c) *Antiquit. L. IX. C. 14.*

d) In notis ad *2. Reg. XVII.*

e) In *Pbaleg. L. IV. C. XII. p. 227. adde Cellarium in Geographia Orbis antiqui Tom. II. L. III. C. XIX. p. 806.*

IV.

Assarhaddoni in Chronico Ptolomaei Canone Saosducheus et Chyniladanus subjiciuntur, quos etiam ejusdem in u-

troque regno successores propter analogiam historicam lubentes agnoscimus. Falsissima enim est sententia eorum, *a)* qui sub Assarhaddone imperium assyrium a Merodach Babylonio subactum, et Ninum deletam statuunt, cum Merodach potius successerit Assarhaddon. Gesta eorum alta silentii nocte apud Scriptores premuntur, solus Herodotus belli cuiusdam, uaria licet fortuna cum Medis gesti, mentionem injicit, quod ex temporum ordine ad Chyniladanum spectat, Regum ultimum, de quo mox pluribus.

a) Est ea *Pbilippi Melanchthonis, Iob. Caluini, Francisci Iunii, Christoph. Heluici, Frid. Spanheimii Sen. Eduardii Simsonis, Abrahami Calouii, Iacobi Cappelli et aliorum.*

V.

Verum post Assarhaddonem obtrudunt nobis Dionysius Petauius *a)* et alii Nabuchodonosorem quendam ex Historia Judithae depromtum, de quo tamen jure dubites, an unquam extiterit. Ipse commentarius de Juditha cum erroribus scateat quamplurimis, sitque Hebraeis, *ad*

ad quos tamen pertinet, prorsus ignotus, *b*) multum operae fecit auctoribus nonnullis, ut eius ueritatem ex historia, cui ab omni parte contradicere uisus est, uindicarent, quorum quidem sententias iam non recensemus, *c*) sed hac uice saltem in examinanda huius libri defensione, quam Ioh. Harduinus, *d*) suscepit et iusto Schediasmate adornauit Bernardus Montfauconius, *e*) uersabimur. In primis Montfauconius antiquos refellit, qui post captiuitatem babyloniam historiae huic locum dederunt, *f*) eorumque primo falso pro uiribus satisfacere laborat, *g*) nec in eorum sententiam concedit, qui per Arphaxad in Libro Iudith Deiocem intelligunt, *b*) qui Ecbatanam condidit, cum Liber Iudith de amplificatione urbis, non de prima eius fundatione loquatur. Phraortem igitur ex Herodoto pro Arphaxado isto accipit, et Saosduchinum, Assarhadonis successorem, pro Nebucadnezare, totamque rei gestae seriem in Manassis, ex captiuitate Babylonica nuper reuersi, tempora refert, eiusque anno 38 mortem Phraortis, sequenti 39 Bethuliae

obsidionem alligat. *i*) Falso proinde Lutherο, *k*) et Grotio hanc historiam αινηγματώδη uideri, concludit, cum Herodotus diserte testetur de Phraorte, *l*) quod a Rege Assyriae internecione deletus fuerit, quod Liber Iudith de Arphaxad, contrarium quoque probare mnemonicum hebraeorum festum, *m*) quotannis celebratum, nec obstatre, quod per totam Iudithae uitam pax fuisse dicatur in Iudea, quippe quae mortua sit anno Iehoiakimi §. uel 6. et hac ratione ante bella Nebucadnezaris Babylonii. Haec quidem Montfauconius, cum quo deinceps contrariam Harduini sententiam comparabimus, ut pateat, cum uterque argumentis ex libro Iudith nitatur, librum hunc manifestis semetipsum contradictionibus euertere.

a) Conf. eundem in Rationario Temporum

Part. I. L. II. C. 6. p. 100. et de Doctrina Temporum L. XII. C. 26.

b) Non modo Iosephus prorsus de hac historia tacet, sed et Iudeis, quod eleganter aduertit Scaliger in *Animaduersionibus* ad Eusebium n. MCCCCCLXXXVII. p. 89. neque

neque de Libro neque de historia aliquid constat , nisi illis , qui latine sciunt , quas habent editiones hebraicas ex editionibus Christianorum confectas esse , credunt alii , conf. *Iob. Alberti Fabricii Bibl. Graec. L. III. C. 29. §. 6. p. 741. sq.*

- c) Quos uide magno numero apud *Robertum Bellarminum L. I. de Verbo Dei C. XII. Thomam Wittakerum in Dissert. de Scriptura Sacra contra Bellarminum* , alios habet *Iob. Christoph. Artopaeus in Meletemate historico: Vtrum narratio de Judith et Holoferne Historia sit an Epopoeia* , Argentor. 1694 et inter Dissertationes de IV. summis Imperiis.
- d) *Historiam Judith literario plane sensu acceptam sub Nabuchodonosore priore.*, adeoque ut *Bethulia liberata per annos LXX. non fuerit bellum in Israële Chronologia V. T.* probe instituta juxta *Harduinum exhibere* debet , quod inter illius *sedecim capita primaria* refert ille in *Chronol. V. T. Opp. sel. p. 639* cui hypothesi adeo ubique indulget , ut *Historiam et Chronologiam non parum turbet*.
- e) Monachus ille doctissimus Benedictinus e Congregatione S. Mauri , Vir nostras omnino laudes supergressus *Veritatem Historiae Judithae* Parisiis 1690 in 12. gallice edidit ,
quod

quod Scriptum suo more eleganter recentent *Acta Eruditorum Lipsiensia* Tom. II. Suppl. Sect. II. p. 49. sqq. Praecipua eius capita *Lud. Elias Dupinius* repetit in *discurso praeliminari ad S. Biblia L. I. C. III. S. VIII.* p. 86. sqq. Suppresso tamen Auctoris nomine. Acrem uero aduersarium habuit *Montfauconius Jacobum Basnagium V. CL.* in *Antiquitatibus Iudaicis ad Cunaeum*, quas uero conferri, non licuit, in *Historia Ecclesiastica* Tom. I. L. VIII. C. IX. n. V. p. 441. talem de hac quaestione sententiam Vir doctus tulit: *La deliorance de Judith est un Roman, qui ne trouve point de place dans l' histoire, quelque effort, qu'on fasse pour lui en procurer une.* Quaedam etiam contra *Montfauconium* notauit Vir S. V. Job. Fr. Buddeus in *Hist. Eccles.* V. T. Tom. II. p. 614. sqq.

f) Secutus in eo *Bellarminum*, qui l. c. multis eos refellit, cuius argumenta ad hominem, quod aiunt, ex hypothesi nominat *Artopaeus* l. c. §. 6. Quo loco et illud noto, leue admodum contra *Lutherum et Grotium* argumentum a consensu antiquitatis Montfauconium duxisse, cum ex his ipsis constet, quod ueteres, historiam Iudithae ueram agnoscentes, certo solidoque fundamento, quo ueritatem eius superstruxerentur.

struxerint, fuerint destituti. Interim inter recentiores, qui cum illis faciunt, reperiuntur *Iac. Torniellus* in *Annal. Tom. II. p. 203. sqq. Nic. Abramus* in *Pharo V. T.* qui multa Xerxis ex Herodoto desumvit, et cum Historia Iudithae comparavit, *Iac. Gourus* in notis ad *Syncellum p. 63. sq.* ut alios taceam.

g) Antiquos istud fefellit, ex mente *Montfauconii*, quod *Judith V. 18. 19.* templi destructi et populi in captiuitatem abducti mentio fiat, insuperabile hoc dubium usum est *Bellarmino*, iudice ipso *Montfauconio*, ut locum hunc ab aliena manu assutum, censeret. Alia uia incedit ipse *Montfauconius*, qui quidem non negat *eis ἔδαφος καταβάλλειν* apud *Plutarchum* et *eis ἔδαφος καθελεῖν* apud *Thucydidem*, idem esse ac latinis *solo aequare*, sed in loco praesenti: οὐ ναὸς τῆς Θεᾶς αὐτῶν ἐγενήθη *eis ἔδαφος* non totalem Templi ruinam, sed eius saltem, tempore Manassis factam, profanationem inferre, quod in eo se tanquam in uili et communi pauimento ambulauerint hostes. *Vir S. V. Buddeus I. c. Montfauconio* obiicit, Phrasin hanc ex analogia similium nihil aliud significare posse, quam solo aequare, idque tam diu certum mansurum, donec *Montfauconius* euidenter contrarium demonstrauerit. Bene quidem, sed negant alii totam hanc laciniam

niam ad textum pertinere, inter quos est *Harduin* p. 548. In *Historia Iuditiae uulgatae editionis duntaxat*, uti par est, *babemus rationem, non item corrupti interpolique exemplaris graeci, in quo et Genealogia Iuditiae corrupta est, et illud insertum, quod de Templo euerso narrat Achior.* Verum est, fateor, uerba haec in textu latino non legi, nec ratio, qua eidem solide vindicari queant, appareat, sane nec inter Protestantes *Iac. Vfferius* editioni graecae multum tribuit. Evidem *Julius Africanus* et *Eusebius*, antequam *Hieronymus* uersionem latinam edidit, hanc historiam post captiuitatem Babyloniam collocarunt, ut uideri possit, eodem arguento inducti, sed reliqua Achioris uerba idem, licet obscurius, significant. Vir doctiss. *Petrus Dan. Huetius de Claris Interpretibus* p. 180. dissensiones hasce Versionis graecae et latinae ex diuersis exemplaribus chaldaicis, qualia multa fuerint aetae *Hieronymi*, orta fuisse, scite obseruat. Imo *Hieronymus*, in uersione huius Libri, se magis sensum e sensu, quam ex uerbo uerbum transtulisse, multorum codicum uarietatem uitiosam amputasse, sola ea, quae intelligentia integra in uerbis chaldaeis inuenire potuerit, latine se expressisse, in Praefatione Libri fatetur. Quae, nifallor,

fallor, rem ipsam in dubio relinquunt, anticipitem faciunt *Harduino* uictoriā.

b) In qua sententia sunt *Rob. Bellarminus de Verbo Dei L. I. C. XII. Nic. Serrarius* in Librum *Iudith* C. I. Qu. I. sqq. *Dionysius Petauius de Doctrina Temporum L. XII. C. 26. Petrus Dan. Huetius in Demonstr. Euang. Prop. IV. p. 366.* alii, quos sefellit, ut ait *Montfauconius*, graecus Libri *Iudith* textus de suo *Arpbaxad* memrans: ἐπωκοδόμησε ἐπὶ τῆς Εὐβατάνης, quod illi ex *Herodoto* illustraturi, ex *Arpbaxad* fecere *Deiocem*, Ecbatanae conditorem, sed Phrasin hanc *Montfauconius* de amplificatione urbis explicat, quam tribuit *Phraorti*, quae conciliandi ratio etiam *Hermanno Corringio*, loco statim citando, atque *Harduino* p. 547 placuit.

i) Collocat enim mortem *Phraortis*, Regis Medorum anno *Manassis* - - 38
obsidionem *Bethuliae* - - 39
qui fuerit *Iudithae* 50
auspicium *Cyaxaris* ob interregnum
post mortem *Phraortis*. - - 43
primam *Nini* obsidionem - - 45
Nini desolationem anno *Iosiae* 24
mortem *Iudithae* anno *Ioachimi* 5 uel 6

k) In *Praefatione* ad h. l. Librum, certe non sine iudicio scripta.

l) He-

i) *Herodotus* L. I. C. 102. *Pbraurtem*, Medorum Regem, ab Assyrio ανωνύμῳ internecione deletum fuisse, ait, in quo omnis consensus huius historiae cum *Herodoto* consistit. Gloriatur in eo *Montfauconius*, quod praeter *Iacobum Zieglerum* et *Iobannem Benedictum Doctorem Parisiensem* nemo haecenius hanc conuenientiam obseruauerit, sed contrarium *Aetorum Lips.* Collectores multis exemplis confirmant, quibus, si uis, adde *Herm. Conringii aduersaria Chronol.* C. IV. p. 153. sq.

m) *Grotius* in notis ad hunc locum negat eius festi memoriam hodie apud Iudeos extare, sed respondet *Montfaucon* per instantiam, eosdem etiam celebrationem festi, ob uictoriam a *Nicanore* reportatam a *Iuda Maccabaeo* instituti hodie negligere, quod tamen solemnia instantis festi *Purim* uidentur absorbisse. Etiam ad praxin Ecclesiae Aethiopicae *Montfaucon* prouocat, in qua huius festi celebrationem adhuc durare, ex *Aethiopico Calendario* a *Iosepho Scaligero* uulgato (pleniū a *Iobo Ludolfo* in *Commentario ad historiam Aethiopicam* L. III. p. 389. sqq.) constare arbitratur, quod habet ad diem septimum Septembris sive decimum, secundum aethiopicum computum, *Iudirbae* nomen. Sed huius Sanctae memoriam, non a Iudeis,

daeis, ut uult *Montfaucon*, sed etiam a Christianis accipere potuerunt, *Abessini*, Christianismum et Iudaismum imperite miscentes. Felices sunt conjecturae *S. V. Buddei* p. 619, cui Auctor Libri *Judith* Historiam *Estherae* pree oculis habuisse uidetur, et ad festum *Purim* allusisse.

VI.

Cum igitur ex hac ipsa, in qua uersamur, Historia pro ueritate Historiae Iudithae auxilia petierit Bernardus Montfauconius, agedum argumentum inuertamus, et ex repugnantia Historiae cum sacrae tuni profanae eius *vō-
gīāv* commonstremus. Duo hic in primis elucidanda forent, quae nondum ad liquidum perduxit Vir doctus, quae scilicet captiuitas intelligatur, priorne an secunda, deinde utrum Holoferni bellum fuerit cum reliquiis decem tribuum, paulo ante a Salmanassare abductarum, an uero cum Regno Iudee per Manassen, ex captiuitate reducem, restituto. Montfauconius, quo consensum Historiae profanae qualem qualem obtineat, priorem captiuitatem Iudeorum Baby-

Ionicam characterem temporis huius Libri statuit, dubium tamen illud, quod nulla in tota hac Historia Regis mentio fiat, sed summi tantum Sacerdotis, soluere non potuit, *a*) quod alteram sententiam de posteriori captiuitate Babylonica non parum iuuat. Ad alterum quod attinet, cum Holofernes Bethuliam obsidens castra habuerit, ut testatur hic Liber C. VII. 3. prope Dothaim, *b*) quae a Samaria ex mente Eusebii XII milliarium interuallo Aquilonem uersus distabat, quodque cum iis, quae de campis spatiofisis Esdrelom *c*) eodem in loco afferruntur, et itinere Holofernisi ab Aquilone uenientis, *d*) apprime conuenit, rem aliter capere non possumus, quam bellum hoc in Galilaea gestum fuisse, ut probe intellexit Ioh. Harduinus, *e*) sed Montfauconius illud ad Regnum Iudee trahit, et Bethuliam Tribus Simeoniticae urbem, Iudeis proximam, Bethuel siue Bethul alio nomine dictam, *f*) esse statuit, cui fauet, quod Auctori Libri Iudith *g*) Israëlitarum nomine non Israëlitae, stricte appellati,

lati, et a Iudeis distincti, ut uult Harduintus, sed illi ipsi intelligantur, qui *Iudeam incolunt, et ex captiuitate nuper reuersi, Hierosolymam inhabitant,* accedit, quod Holofernes ad obsiden-dam Béthuliam ex terris Edomitarum, in quarum confiniis Bethuel Montfau-conii sita erat, accesserit, b) quae ueri speciem etiam prae se ferunt.

a) Inter alia respondet, *Bethuliam non Tribus Iudee, sed Simeonis urbem fuisse, et proinde Sacerdotem quidem summum, non uero eundem Regem agnouisse cum reliquis Iudeis, prouocatque ad 2. Chron. XXX, ex quo potius contrarium consequitur.* Vid. quae contra eundem disputat *S. V. Buddeus l. c. p. 615. sq.*

b) De Situ huius Vrbis *Hadrianus Relandus in Palaestina L. III. p. 741. seq.*

c) *Esdrelom procul dubio est Iesreel, Vrbs Tribus Isaschar, cuius uallis memoratur Ios. VI. 33. Hos. I. 5. a Graecis, Eusebio et aliis Εσδραηλα dicitur et uallis μέγας πεδίον ἐσδραηλῶν, quae iterum debemus Relando L. I. C. 55. p. 366. sq.*

d) *Judith XVI. 5.*

e) In *Chronologia V. T. p. 548. Totum Holofernus iter docet, bellum in Galilaea fuisse*

peractum, non in Tribu Simeoni, ut olim arbitriati sumus. Iter babuit non per Idumaeam, sed per Idumaeos in terra Gabaa, quae tamen dubium non tollunt, sed augent, uide, quae de Terra Gabea Relandus in Palaestina L. I. C. XV. p. 82. sqq.

- f) Ios. XIX. 4. I. Chron. IV. 30.*
- g) Iudith IV. 1. et C. V. 21.*
- b) Iudith III. 12.*

VII.

In his difficultatibus expectabimus conciliationem eorum, quibus a natura obtigit quaedam facilitas, omnia conciliandi, solliciti potius de arguento, quod utramque sententiam conuellat. Quod enim Bellarminus contra illos, qui in posteriore captitate Babylonica consistunt, grauiter monuit, Holofernem de Iudea eiusque Rege et populo quaerere tanquam de prorsus incognitis, de' quibus nefando quidem audiuerit unquam, Iudeam uero Regibus Persarum non potuisse non esse cognitam, idem et hic locum in primis habet. Si enim cum Harduino facias et Israëlitas in Gal-

Galilaea, quamuis sine Rege, adunatos intelligas, aperte hic reclamat Historia Sacra, quae omnem hanc regionem Iosiae adhuc temporibus prorsus desolatam fuisse, ait, atque antiquis colonis orbam, constitutamque sub Assyriorum dominatu, subditos Regis Aifyriae aluisse, praesidii loco ibidem collocatos. *a)* Nec argumentum hoc effugit Montfauconius, cum ipse Vir doctissimus Iudeam ab Assyriis modo subactam et clementia Victorum paulo ante, quam haec accidisse creduntur, in pristinam libertatem restitutam fuisse, concedat. Silent de tota Iudithae Historia et tam miraculosa Iudeorum liberatione Scriptores Sacri ad unum omnes, qui Iudaicam Rempublicam non temporibus Manassis et Iosiae, sed Ioiakim et eius Successorum bello a Nebucadnezare profligatam et subuersam testantur, quod contra illos negat Liber Judith et cum eo Montfauconius, qui mortem Iudithae, qua adhuc uiuente et longo post tempore nemo ausus fuisse dicitur Israëlitas bello persequi, *b)* ad annum Ioachimi

V. uel VI. referre uoluit, cuius argumenti uim sensit Harduinus, c) ideoque eludere istud potius, quam solvere uoluit.

a) Vid. instar omnium *Hermannum Witsum* in *Decaphylo* C. II. III. IV. Munitamentum autem limitaneum fortissimum, quod impetum tanti exercitus excipere auderet, Israëlitis relictum fuisse, fidem non habet. Certe longo post tempore 2. Chron. XXXIV. 6. nequaquam mentio fit munitarum urbium, de quibus ex *Achiore* quaerit *Ho-lofernes*, sed de ruinis earum et ruderibus sermo est.

b) *Iuditb* XVI. 30.

c) Arripit l. c. *Harduin* uocem *Israël* et tacite huic arguento cedens, friuole ait p. 548. bellum per longum temporis intervalum non fuisse in Israële, quamuis in Iuda.

VIII.

Deueniamus tandem ad Synchronismum Historiae profanae, in quo magnum praesidium quaerit Montfauconius, grauiter tamen per errorem lapsus in eo, quod, mallem a Viro docto fuisset obseruatum. Recte quidem

dem deseruit eorum sententiam , qui per Arphaxad in Libro Iudith Deiocem intelligunt , sed nescio , quo casu id acciderit , ut , quamuis Personas mutauerit , calculis tamen dissentientium utatur et mortem Phraortis cum anno Manassis 38. connectat , quam , constat , secundum rationes Herodoti ad annum Iosiae octauum esse referendam , ex quo colligitur , Historiam Iudith non ad Manassis uel Saosduchini Assyrii tempora , sed ad Iosiae et Chyniladani pertinere . Evidem potior ratio , quae Iacobum Vsserium *a)* atque Humfre- dum Priedeauxium *b)* permouit , ut Historiae Iudith facti ueritatem non negauerint , haec uidetur fuisse , quod annus Saosduchini XII. et mors Deiocis , Ecbatanae Conditoris , in temporum rationibus , ut uult Liber Iudith C. I. 6. tam bene conueniant , at Viros istos doctos alia difficultas premit , cum probare non possint , Deiocem , quem placida morte obiisse Herodotus testatur , *c)* internecione fuisse deletum . Melius haec expediuit Montfauconius , et ita quidem , ut iam de pleno Hi-

storiae profanae consensu non parum sibi gratuletur, cladem hanc de Phra-orte, Rege Medorum secundo interpretatus, quem in acri quodam prae-lio periisse, liquido Herodotus affir-mat. Quando uero caesum hunc Phra-ortem a filio Cyaxare seuere uindica-tum, Ninumque obsidione cinctam, Herodotus statim subiungit, ea omnia, quae C. I. Libri Iudith de elato Regis Assyrii ob uictoriam medicam animo, de uictoriis a tot gentibus reportatis et in longinquum suscep-tis expeditio-nibus recensemuntur, utique collabuntur. In quo Montfauconius causae suae ipse diffidit, dum interregnum commini-scitur, de quo Herodotus tacet, quod-que cum eius rationibus per Synchro-nismos alios infra illustrandis consiste-re haud potest. Ex hoc igitur His-to-riae sacrae et profanae dissensu, quo premitur Historia Iudith, id euinci-mus, rectissime omnino B. nostrum Lutherum aliosque Viros doctos cre-didisse, totam hanc historiam Parabo-lam esse, siue rei quasi gestae narra-tionem, ueris quibusdam circumstan-tiis

tiis et nominibus exornatam, admixtis tamen studio erroribus quamplurimis Historicis, Chronologicis et Geographicis, ne speciem uerae historiae mentiatur.

- a) In Annalibus V. T. ad An. 3347.
- b) Part. I. Historiae V. et N. T. p. 46.
- c) Lib. I. C. 103.

IX.

Vt uero ad id, a quo digressi sumus, reuertamur, monenda hic quaedam sunt de bellis Chyniladani, Regis Assyriorum, cum Medis uaria fortuna gestis, quorum mentionem subinde iam fecimus. Herodotus, a quo res omnis exponitur, Assyrii Regis nomen tacet, ut adeo, si de eo quaestio instituatur, certior Chronologia in partes trahenda ueniat. Res ipsa ita habet. Phraortem Herodotus tradit, Regem Medorum secundum exercitum contra Assyrios, Ninum tenentes duxisse, qui, cum internecione cum maxima exercitus parte interiisset atque Cyaxares filius cladem uindicatus ad Ninum obsidendam accessisset,

Scythes subito imperium fecisse in Mediam, atque reuocato a Nini obsidione Cyaxare, fusoque eius exercitu, totius Asiae dominio fuisse potitos. *a)* Quam Scytharum excursionem in Palaestinam usque extendit Herodotus, *b)* in qua, eo teste, Veneris Vraniae templum spoliauerint illi, haemorrhoidibus ideo a Venere puniti. Qua quidem ratione, cum et regnum Iudee, quod Iosias sub florentissimo imperio, longa pace cuncta refouente, tenebat, exundasse Scythes, asserendum foret, ex silentio sacrorum Scriptorum non minimum alii contra hanc maxime longinquam Scytharum migrationem ducent argumentum. Scriptoribus ecclesiasticis, Eusebio *c)* speciatim, urbs Palaestinae, Scythopolis appellata, imposuit, quae cum antea Bethsan vocata fuerit, a Scythis dicta sit Scythopolis in memoriam suae expeditionis, quibus non parum fauet Sam. Bochartus, *d)* qui, ad mentem Paraphrastis Chaldaei, locum Ezech. XXXIX. *ii.* de hac inuasione Scythica interpretatur. Verum Hadrianus Relandus *e)* aduer-
tit,

tit, parum haec loco Ezechielis conuenire, Scythopolin enim, ad occidentem maris sitam, antiquis temporibus Succoth appellatam fuisse, ut patet ex Ios. XIII. 27. a qua deinceps in circumiacentem regionem nomen Συκόθαπολις siue Σκυθόπολις manauerit. Male praeterea Hermannus Hardtius *f)* rincinum, ardente sole, marcescentem, de quo Ionae C. IV, explicat de Cyaxare a Scythis suppresso, in quo Iosiam ab Assyriis excidium metuentem, confisum alias fuisse fingit, ratione quidem, quae ab hoc sanctissimo, Deoque multum dilecto Rege longe abhorret, ut taceam, Ionam Iosiae tempora ne quidem attingere, *g)* ut ad/*o* gesta sui temporis, quod perhibet Hardtius, tam affabre pingere haud potuerit.

a) Lib. I. C. 102. sq.

b) Lib. I. C. 105.

c) In *Chronico* L. I. p. 40.

d) *Geogr. S. L. III. C. XIII.*

e) L. III. *Palaestinae*, uoce *Scythopolis*.

f) *Im Licht Ionae aus der Historie*, sub finem.

g) *Conf.*

g) Conf. 2. Reg. XIV. 25. ex quo loco li-
quido constat, *Ionam* uaticinium edidisse
temporibus *Amaziae* uel *Vfiae*, Regum
Iudee.

X.

Proxime iam accessimus ad finem
regni assyriaci, de quo praeclara nos
docet insigne Alexandri Polyhistoris
fragmentum *a*) apud Georgium Syncellum,
corruptum quidem ex parte,
quod dolendum. Corruptionis
huius, quam probe iam aduertit Iacobus Vfferius, *b*) indicia sunt, quod,
primo, Nabopolassarem dictum cre-
diderit Syncellus ab Alexandre fa-
mosum illum Sardanapalum, quem ex
mente Alexandri haud dubie sistere de-
bet Saracus, a quo defecit Nabopol-
lassar, et qui incensa regia uiuum se-
metipsum cremauit. Eundem enim
Sardanapalo, quem Saraco Alexander,
tribuunt exitum Scriptores fere omnes,
quorum consensus non in minimis
ponendus est, aut temere reiiciendus.
Accedit, quod Sardanapalus apud eos-
dem

dem Scriptores regnum assyriacum claudat, ut apud Alexandrum Saracus; cum contra Nabopollassar nouum condiderit Chaldaeorum imperium, ut diserte ait Alexander. Deinde male in hoc fragmentum intrusum est nomen Astyagis, pro quo, ut ex reliqua historia patet, Cyaxaris, Nabopollassaris in bello Assyrio socii, substituatur, par est. Qua simul ratione difficultas, quam patrit Astyagis filia, Nabuchodonosori iuxta idem fragmentum in matrimonium data, facile tollitur. Cum enim Scriptores praeter Xenophontem fere omnes filiam Astyagi unicum, Cambysii Persae nuptam, affirment, iam non video, quomodo haec melius expediri possint, nisi pro Astyage legatur Cyaxares. Nec temeritatis notam mereatur haec emendatio, cum satis constet, mire graeculos omnia miscere, et in primis Syncellum, c) Astyagen cum Nabonnido, Dario Medo, Asuero siue Cyaxare pessime confundentem, facile igitur et hoc loco, ut alias solet, coniecturas suas secutus est, posuitque pro Cyaxare Astyagen, cui filiam Amyctin,

myctin, Spitamae cuidam nuptam, Ctesias d) attribuit in excerptis Photianis. At mitiore quadam interpretatione Syncellum iuuare conatur doctiss. Vsserius, qui Astyagen a Patre Cyaxare Mediae Satrapen datum fuisse, coniicit, ad quem igitur miserit Nabopolassar. Qua difficulti et obscura controuersia lubentius supersedemus, eo contenti, quod, Sardanapalum huius temporis esse ex fragmento Alexandri perspicue consequatur. Quod reliquum sententia Ioh. Marshami, e) qui fragmentum Polyhistoris fide prorsus indignum pronunciat, nullo fundamento innititur, et ex hypothesi profecta est, de qua Sectione sequente.

a) In *Chronographia* p. 210. Τάχτον ὁ πολύτισωρ
Αλέξανδρος Σαρδανάπαλον οαλεῖ πέμ-
Φαντα πρὸς Αινιάγην σατράπην Μηδίας,
παὶ τὴν Θυγατέρα αὐτῷ Αρωίτην λαβόν-
τα νύμφην εἰς τὸν οἰκὸν αὐτῷ Ναβυχοδο-
νόσορε. Hunc Sardanapalum vocat Polyhi-
stor Alexander, qui ad Astyagen Mediae
Satrapam miserit, et filiam eius Aroiten
uxorem filio suo Nabuchodonosor sumserit.
Pergit Alexander: Hic traditis sibi copiis
a Sa-

- a Saraco, Chaldaeorum Rege praepositus, in Saracum ipsum et Niniuen ciuitatem arma uertit, cuius impetum et aduentum ueritus Saracus incensa regia igne se absufmisit, imperium uero Chaldaeorum et Babylonis accepit Nabopolassarus, pater Nabuchodonosor.
- b) Vid. Vfferius in *Annalibus* ad An. 3378. p. 62. qui illud sic restituit: *Nabopolassarus Babylonius a Saraco siue Chiniladano Assyriorum et Chaldaeorum Rege praefectus exercitui, et Astyages, a Patre Cyaxare Mediae Satrapa constitutus, affinitatem in eentes, iunctis uiribus Niniuen et in ea Saracum Regem expugnant.*
- c) In Chronogr. p. 227. ad *Nabonnidum*, qui *Darius et Astyages et Asuerus Medorum Regum postremus ab Arbace. Hieronymus* loco infra citando Scytharum inuasionem, quae citra controuersiam sub *Cyaxare* accidit, ad *Darium Medium* refert eodem errore.
- d) Non Αρωίτης, ut *Synclerus*, sed Αμύίτην eandem uocat *Eusebius*, quae nomina non diuersa, sed eadem statuo, propterea, quod pro Αμύίτις, si literae μ et ν in scriptione connectantur, facile legerit Librarius Αρωίτης. Simile exemplum habes in οώμυλος, quod quidam codices uitiose legunt μόμυλος. Vid. *Henricus Valesius* in notis ad *Eusagrium* L. II. C. 16.
- e) In *Canone Chronicō* ad Sec. XVIII. p. 601. XI.

XI.

In hoc igitur fragmento Chyniladanus siue Saracus haud obscure Sardanapalus est, qui Assyriorum Catalogum apud Ctesiam *a*) claudit, et solo nomine Herodoto commemoratur L. II. C. 150. Ctesias eundem, ut hominem otio torpentem, et uoluptatibus ad stoliditatem usque deditum describit, *b*) sed supra iam ex Callisthene monuimus, Sardanapalos esse duos, mollem alterum, alterum strenuum, ultimum huic tempori uindicant gesta eius strenua. Quae potissimum apparuerunt, cum beilo a Nabopollassare Babylonio peteretur. Affinitatem ille cum Medis iunxerat Assyriorum hostibus per connubium filii Nabuchodonosoris et filiae Cyaxaris, unde nunc foedere firmatus, arma uertere coepit in Dominum, eumque post multorum annorum bellum, uaria fortuna gestum, ad uiui comburium adegit. Alexandrum hic egregie supplet Diodorus, qui de Sardanapalo memorat, quod saepius praelio superior discesserit, in ulti-

ultimo uero succumbens hostium impetum non tulerit, sed igne se cremauerit. Ex quo et lucem accipiunt rationes Chronologicae, cum Nabopolassaris initium Canon Ptolomaei in anno Nabonass. 123. collocet, Sardanapali uero casus ad Annum circiter Nabonassareum 135. pertineat, unde facile belli durationem subduxeris. Evidem Diodorus omnia Medis tribuit, Alexander contra ominia Babylonii, sed ea facile conciliantur, si, utrosque sibi manus auxiliatrices praebuisse, statuamus, non repugnante eodem Alexandro, aliis uero id diserte affirmantibus. c)

- a) Apud *Diodorum* L. II. C. VII.
- b) Eadem *Ctesias* de antecessoribus memorat falsissime. Epitaphium *Sardanapali* et quae sunt huius generis alia, otiosorum ingeniorum commenta sunt, et nullius fidei, contrarium loquuntur facta *Sardanapali* apud ipsum *Diodorum*, *Strabonem* et alios.
- c) Praeter *Iosephum Liber Tobiae* in additamento, quod in graeco tantum legitur: *Audiuit tamen, antequam ipse moreretur, interitum Niniue, quam captiuam abduxit Nab-*

Nabuchodonosor et Asuerus, et laetus est, antequam moreretur, super Niniue. Asuerus Cyaxares est, quod probant Scaliger de Emendatione Temporum L. VI. p. 587. et Ioh. Drusius ad Nabum in Prooemio.

XII.

Tristissimum Regis interitum fatale ipsius regni et regiae sedis exitium conseqebatur, cum Nabopolassarus uictoria usus, iunctis cum Cyaxare Medo uiribus, quem ante annos XXII. Scytharum irruptio a Nini obsidione reuocauerat, Ninum expugnaret, eamque misere deleret. Quod nos non modo Alexandri fragmentum, uerum etiam constans hebraeorum traditio docet, qui tamen, quod negari non potest, Nabuchodonosorem seniorem cum Filio confundentes *a)* excidium Nini ad tempus longe aliud, quam fieri debebat, referunt, in quo illos recentiorum plurimi sequuntur. Quos inter sunt, qui eius casum infra ipsa captae Hierosolymae tempora dimittunt, suaequae sententiae praesidia quaerunt in locis quibusdam Scripturae male explicatis, *b)* imo Ioh.

Mars-

Marshamus c) eo usque progressus est, ut cladem Niniuiticam Aegyptiaca, per Nebucadnezarem facta, posteriorem statueret, abusus loco quodam Nahumi, cuius sensum supra reddidimus. Sed quicquid huius sit, clare et liquido illos omnes Ezechiel C. XXXI. refellit, ubi Propheta deletum iam Assyriorum regnum, et quod sequitur inde, Nini etiam interitum Aegyptiis in exemplum imminentis calamitatis proponit. Memoratu in primis dignus est character temporis, quo hoc uaticinium editum est, annus scilicet captiuitatis XI, mensis tertius, dies primus. Ex quo, cum Hierosolyma anni eiusdem Mense IV. et quidem die nono capta sint, excidium Nini Hierosolymitanum praecessisse, liquido apparet. Cui asserto, ueroque calculo et Fl. Iosephus d) qui sub finem Iosiae Pharaonem Necho Aegypti Regem contra Babylonios et Medos, Nini euvires, bellum gessisse testatur, et additamentum Libri Tobiae fauent, in quo Tobiae iunioris aetas, quocunque modo accepta, e) non permittit, ut Nini excidium, de quo Tobias morti proximus

mus certior factus fuerat, infra Hierosolymorum uastatione collocemus.

a) Non modo in *Chronico Mundi maiore* p. 69. legitur: *Anno primo Nebucadnezar subegit Niniuen, secundo adscendens subiugauit Ieho-iakimum* etc. Verum etiam alii interpretes Prophetarum *Nahumi* et *Micbae* iudaici id diserte affirmant, speciatim *Abarbanel*, qui uerba *Nahum* C. II. u. 2. *ascendit dissipator de Nebucadnezare explicat*, quem *Ieremias* C. LI. 20. *malleum Dei uocat, per quem gentes dissipare fecerit, et regna perdiderit*. Vid. *Iob. Meyerus* in notis ad C. XX. huius Chronicæ p. 1033. *Hiabanus Maurus aduersus Iudeos* C. LXXI. Tomo V. *Anecdotorum Martenii* p. 548. *Quae ciuitas a Nabucodonosor Regis Babyloniae et Chaldaeis uastata esse perhibetur*. Cui confusione nomen Patri Filioque commune ansam dedit, ut ex scriptis hebreorum, et fragmento *Berosi*, prout legitur istud apud *Iosephum* L. X. C. XI. ostendit *Marshamus* in *Canone Cbronico* ad Sec. XVIII. p. 574.

b) Quae habet *Iob. Marckius* in Commentario ad *Nahum* C. III. p. 580. qui tamen rem in medio relinquit. Adferuntur uulgo loca *Esaiæ* C. X. 12. *Zephan.* II. 13. *Ier. XXV.* 18. 19. coll. 26. Cap. L. 18. sed quorum longe alia est ratio, quam, ut id probent,
quod

quod probare debent. Ut ordine inuerso agamus. Locus quidem *Zephaniae* diserte *Nini* cum aliis gentibus punienda mentionem facit, sed ita tamen, ut potior eius ratio, in toto *Zephaniae* uaticinio habeatur, quod nos merito de eo interpretamur, quasi ad *Nini* ruinam, tanquam proxime infecutram, Propheta respiciat, fauente nobis rei euentu, ut mox uidebimus. *Zephaniae* uaticinium *Ieremias* C. XXV. repetit, sed *Ninum* omittit, etsi penes utrumque idem uaticinii sit scopus, eadem causa, ut ex commentate 29. eiusdem Capitis cum toto *Zephaniae* collato facile patet, quod indicio est, tempore huius Prophetae uaticinium *Zephaniae*, qua hanc partem fuisse impletum. Ut enim diuinus Vates Regibus septentrionalibus interitum ibidem comminetur, tamen non est, cur *Nini* Regem h. l. subintelligamus, cum ipse u. 25. *Medorum*, respectu Babylonis uersus Aquilonem inhabitantium, mentionem iniiciat. Alter *Ieremiae* locus dissentientibus nullo modo fauet, ut per se patet. *Iesaias* denique C. X. 12. de opere gratiosae liberationis loquitur, comparandus ideo cum C. XXXVII. 36.

- c) In *Canone Chronico* ad Sec. XVIII. p. 599.
- d) *Antiquit:* L. X. C. VI. compara L. IX. C. XI, ubi ad tempus *Iothami* refert *Nahum* de clade *Nini* uaticinantem, sed de euentu

huius uaticinii tubiicit: *Euenerunt omnia pрадicta de Niniue post annos CXV.* Quae annorum summa ad ultima Iosiae pertingit.

e) *Tobias senior*, morti proximus de excidio Nini tanquam instanti loquitur, C. XIV. 6. *Tobias iunior* uero, cum moreretur iuxta Graecos annorum erat CXXVII. iuxta latinos uero annorum XCIX, Cap. XIV. 14. *Tobias senior* a *Salmanassare* abductus C. I. u. 2. in uirili aetate erat constitutus, filius uero Tobias iunior circa annum eius 60. uxorem duxit, quod ex Cap. XIV. 3. colligitur, ex quo consequitur, eum uel ante deportationem X. Tribuum uel paulo post fuisse genitum.

XIII.

Sed mèrito hic comparamus Herodoti rationes, prout easdem a mendo felicissime liberauit Ioh. Harduin. Ait enim Herodotus a) post suppressionem Scytharum Medos imperium recuperasse, eosque, receptis iis, quibus prius potiebantur, et Ninum expugnasse et Assyrios, excepta Babylonica portione, subegisse. Magna difficultas latuit huc usque in numero XXVIII. annorum, quibus Scythaë Asiae dominati dicuntur.

Ve-

Verum Ioh. Harduin *b*) Scythas saltem XXII annos Asiam obtinuisse, memoriaeque hic lapsus Herodotum probat ex collatione centum et quinquaginta annorum, quos Medorum Regibus siue in uniuersum siue sigillatim, si colligantur, tribuit idem Scriptor. Explcate in primis dicit, Medos omni super Halyn Fluuium Asiae dominatos fuisse annos 128, tempore, quo Scythae regnarent, excepto, *c*) unde pro tempore Scytharum anni saltem XXII relinquuntur. Quodsi ergo annos hos XXII statim ab initio Cyaxaris ducamus ad Iosiae annum XXX perueniemus, quo uel sequenti XXXI capta est Ninus, ut uult Iosephus. Quod egregie non modo Eusebius, qui excidium Nini in annum XXII Cyaxaris coniicit, sed et Hieronymus *d*) confirmat, qui in eodem Herodoti loco pro XXVIII legit XX, qua de causa praeter rem ipsum notat Scaliger, *e*) quamuis duos Cyaxares non satis distinxerit, nostrum ex Herodoto et alterum ex Xenophonte fabulosum, atque ex hoc errore Scythas sub Dario Medo Asiam captiuam tenuisse, asseruerit ille.

A uero etiam Hermannus Conringius *f*) et Bernardus Montfauconius *g*) absunt, qui Nini interitum ultima Cyaxaris aetate contigisse, ex Herodoto colligi posse statuunt. Praefuit enim imperio Cyaxares annis XL, a quibus, si XXII abstrahantur, anni XVIII remanent, spatium temporis non exiguum, Cyaxares etiam post Nini casum bellum Lydicum per VI annos gessit, *b*) cuius ultimo anno accidit potissima illa Eclipsis solaris a Thalete praedicta, atque ab Usserio ductu Tabularum Astronomicarum Ptolomaei ad annum IV Olympiados XLV, annum Nabonass. 147, si mitius quodammodo interpreteris Herodotum optimo iure relata, *i*) qua simul Bellum Cyaxaris assyriacum temporibus superioribus clare vindicatur.

a) L. I. C. 106.

b) In *Cronologia V. T.* p. 549.

c) L. I. C. 130.

d) In *Epitaphio Fabiolae : Scytharum gentem Herodotus refert sub Dario Rege Medorum uiginti annis Orientem tenuisse captiuum.*

e) In *Animaduersionibus ad Eusebii Chronicon n. 1386.*

f) In

f) In *Aduersariis Chronologicis* C. IV. p. 154.

g) Vid. *Chronotaxis* supra allata.

b) *Herodotus* L. I. C. 74.

i) *Herodotus* l. c. repente diem in noctem conuersam memorat, quod de totali Eclipsi accipiunt *Scaliger* eiusque Sectatores, cumque secundum calculos astronomicos nulla fuerit sub *Cyaxare* tam magna obscuratio Solis, sed sub *Astyage*, falsum memoriae esse *Herodotum* aiunt et bellum hoc Lydicum *Astyagen* et *Alyatten* intergestum fuisse, ut legit olim apud *Plinium Suidas*, illi arbitrantur. Verum *Iac. Vfferius* in Annalibus ad A. M. 3403. p. 66. ex tabulis *Ptolomaei* probat, sub *Cyaxare* fuisse Eclipsin solarem nouem digitorum, in se satis magnam, locumque *Plini* ex ueteri lectione restituit, quae pro *Astyage* habet *Alyatten*, conf. si placet, quae *Scaliger* ad *Eusebium* n. 1430. *H. L. Schurzflichius* de *Anno Rom. Juliano* p. 193. sqq.

XIV.

Eleganter etiam haec omnia, quae de tempore excidii attulimus, cum temporibus Prophetarum Nahum et Zephaniae, qui infelicia haec fata Nino prænunciarunt, conueniunt, si huius aetatem, ut ipse postulat C. I. 7. ad inita Io-

siae referamus, alterius uero ad Hiskiae tempora, de quo dispeximus supra. Insigne nobis ex hac Prophetarum aetate subnascitur argumentum contra Ctesiam pro rationibus Herodoti, ex circumstantiis modoque Nini captae, quas Nahum praedixit, profani uero Auctores qua evenientum memorant. Evidem Herodotus expugnationis modum tacet, uberior tamen in eo exponendo est Diodorus Sicul. a) cui fides, si a paucis erroribus ipsi ex Ctesia haerentibus discesseris, neganda haud est. Prostratis, ut ait ille, Sardanapali copiis, ad ipsam urbem obsidendam accesserunt hostes, quos fortiter excipere Rex decreuerat, oraculo fretus, Progenitoribus dato, nunquam Ninum capi posse, nisi cum Fluuius hostis fieret Vrbi. Cum uero duobus annis obsidio durasset, summo obsidentium otio, tertioque continuis imbris excrescens supra modum fluuius, quem pro Tigri Euphraten falso nominat, partem Vrbis, muris ad uiginti stadia deiectis, inundasset, Sardanapalus tempus ab Oraculo definitum acceſſisse sentiens de salute desperauit, pyra-
que

que in regia exstructa, ne in hostium potestatem ueniret, se cum uxoribus, omnique regia supellectile in incendium misit. Hostes igitur, audita Regis morte urbem peream, quae ab oraculo praedicta fuerat, muri partem ingrediuntur, caedibus et rapinis omnia implent, urbemque funditus euertunt. Haec Diodorus, *b*) in quo, si pro Arbace et Belesi, ut par est substituatur Cyaxares et Nabopolassar, non modo uero tempori Sardanapali exitus redditur, sed et inter Scriptores sacros et profanos, quoad modum Nini captae, optimus consequitur consensus.

a) Lib. II. C. VII.

b) Eadem ex Ctesia leguntur apud Athenaeum L. XII. Dipnosoph. Iustinum L. I. C. III. Non Ninum, sed urbem aliam, in qua perierit Sardanapalus, Ctesias apud Athenaeum haud obscuris indiciis prodit, sed Diodorus ex eodem Auctore prorsus alia.

XV.

Idem certe, quod ex Diodoro modo audiuiimus, habemus quoque Nahum C. II. clarissimis indiciis, at prophetice expref.

pressum. Postquam enim de hostibus Nino imminentibus V. i. atque apparatu incolarum bellico, in urbis defensionem instructo, in sequentibus locutus fuerat Propheta, V. 6. subiungit: *Portae fluuiorum apertae sunt, et palatum destructum.* Dubium non est, sensum uerborum esse eundem: Portas, ad Tigridem spectantes, a) fluuii huius ex crescentis, quod non incongrue ex numeri pluralis forma b) colligitur, ui fuisse disruptas, et palatum regium uehementissimo incendio consumptum, quod postulat uerbum בְּנֵי ad designandos ignis fulminaris potentissimos effectus in Sacris adhiberi solitum. c) De Eunuchis uero et concubinis regiis, qui in eodem incendio iuxta Diodorum periere, Sacer Vates V. 7. pergit: *Exsectus et reiecta cremabitur et seruae earum gemebundae, qualis est gemitus columbarum pulsantes pectora.* d) Notanter quoque Piscina appellatur Ninus, facta eleganti allusione ad inundationem Vrbis ab exundante Tigri excitatam, quam memorat Diodorus. Hanc lucem Vaticinii Nahum, quam peperit uera Chronologia, ex parte quidem perspe-

spexerunt Interpretes, at cum Ctesiam secuti sint plurimi, consensum hunc prorsus elegantissimum deferere coacti suut, e) atque se ad Allegorismos uerte-re, nescio quos, cum Iohanne Drusio, Hugone Grotio, Ioh. Marckio.

a) De quibus *Sam. Bochartus* in *Phaleg.* L. IV. C. XIX. p. 244.

b) Quod ad pluralem docet *Aristoteles* L. III. Rhet. C. 6. et post eum *Longinus*, ei vim quandam et uehementiam inesse.

c) Conf. Ps. XCVII. 5. XLVII. 7. Amos IX. 5. coll. Ps. 104. u. 32.

d) Comma istud: **וְחַצֵּב גָּלְתָה הַעֲלָתָה** du-biae interpretationis est. Plerisque *Hussab reginae* nomen, quod cum Hebraeis aliisque *Ioh. Drusius*, utut dubitanter affirmat ad h. l. *Hugo Grotius* Nisibin intelligit, assyrio no-mine **נִצְבָּה** iuxta *Stephanum* appellatam, cum praefixo **הַ**. Mihi literae unius organi **הַ** et **חַ** uidentur permutatae, quod saepius usu uenit in sacris, atque frustra inter uarian-tes lectiones *Ludouicus Cappellus Crit. Sacrae* L. V. C. XII. §. 23. p. 381. retulit, **הַחַצֵּב** autem est caedere, incidere **גָּלְתָה** est retegere, reuelare, quod nemo negat, **עַלְתָה** commode de *Com-bustione* dicitur, unde **עַזְלָה** *holocaustum*, igne absumentum, *was im Feuer aufgebet.* Haec praesidia interpretationis allatae.

e) *Conr.*

e) *Conr. Samuel Schurzfleischius* in *Dissert. de Nino Vrbe* p. 18. *Quoniam altera Nini euer-
sio, quam Deus Nabumi uoce minatus est, ne-
que a Sacris, neque a Profanis Scriptoribus
paulo distinctius traditur, tota res in obscu-
ro est.*

XVI.

In re igitur, ut creditum, incerta du-
biorum subnata est magna seges, quod
ad uaticiniorum, plenum Nini excidium
loquentium, implementum attinet, ita
ut Ioh. Marckius arbitretur, in com-
monstrando eorum euentu modum et
circumstantias rei esse admodum incer-
tas, nec facile Auctores omnes concili-
andos. a) Ninum a Medis prorsus dele-
tam, affirmant Diodorus et Strabo, b)
imo Lucianus, c) eam ita periisse, me-
morat, ut nullum eius supersit uestig-
ium, nec eius locus, ubi fuerit, queat
indicari. Quo tamen non obstante Io-
sephus I. Scaliger, d) Ninum excisam
fuisse, diserte negat, eamque integrum
adhuc stetisse aeuo Ammiani Marcellini,
qui Nini veteris mentionem iniicit,
contra omnem fidem historicam et ipsum

Cte-

Ctesiam affirmat. In quo, quod mireris adeo ipsi indulgent Viri docti, ut Bernardus Montfauconius, *e*) quique eum sequitur Christophorus Cellarius, *f*) Herodotum, quem sibi aduersum Scaliger facile uidit, omni ope vindicare contendant, quasi iniuste ab eo accusatum, quod Ninum a Cyaxare deletam dixerit. Verum quamuis Herodotus, Ninum a Cyaxare euersam aperte non dicat, sed captam saltem, ex semetipso tamen explicari debet, quando alio loco, Ninum ἀνασάτην γενομένην, eo tempore memorat, quo Babylon Assyriorum Metropolis esse coepit, atqui sub Nabopolassare eiusque filio Nebucadnezare, Babyloniae gloriam maxime effloruisse, nemo ignorat.

- a) In Commentario ad Caput III. Nabum sub finem, ubi de implemento horum uaticiniorum exponit p. 578. sqq.*
- b) Geograph. L. XVI. Vrbs extemplo post Syrorum imperii destructionem deleta est.*
- c) In Dialogo, qui χάρων siue ἐπισκοπῶντες inscribitur p. 346. conf. Nah. III. 17.*
- d) Ad Eusebii Num. MCCCXCVIII. p. 78. sq. et in Canonibus Isagogicis L. III. p. 312. in Sum-*

Summa rei cum ipso conuenit *Chrysopb.* *Adamus Rupertus ad Synopsin Besold.* C. III. p. 44.

- e) Vid. eius dissertatio *de Veritate Historiae Iudith.* l. c.
- f) In dissertatione de *Captiuitate Babylonica* §. V. quod Vir doctus ideo fecisse uidetur, ut traditionem Hebraeorum, quae Nebucadnezari iuniori Nini excidium tribuit, cum *Herodoto* possit conciliare.
- g) L. l. c. 178. *Affyriae multa et magna sunt oppida, tum uero celeberrimi nominis ac ualidissimum est Babylon, ubi post euersam Ninum regia erat.*

XVII.

Quid uero dicemus de loco Ammiani Marcellini, quo Scaliger innititur? Salmasius a) in totum reiicit, quae Ammianus de Nino. Ait enim, eundem sua sumisset ex Ptolomaeo, qui etiam Ninum in Affyria recenset, quasi tum quoque extantem, quae nulla iam fuerit sub imperio Medorum, idem utrumque fecisse cum Persepoli, celeberrima ueterum Persarum Vrbe, quae dudum perierit. Sam. Bochartus b) uero obseruat, ueteribus Ninum fuisse non unam, sed uariam,

riam, siveque contrarias Scriptorum sententias posse conciliari, quando Nīnum modo ad Euphraten, modo ad Tigrim collocant, cumque nostra Ninus, de qua nunc agimus, Tigri adsita fuerit, altera uero manifesto sit Cis-Euphratensis, male ab Ammiano cum hac ueterem Nīnum confundi, quam, etiam si aeuo Ammiani floruisse concedat, eodem tamen loco instauratam fuisse, negat. Sed mentem Ammiani Vir doctus non satis percepisse uidetur, qui *Hierapoum, ueterem Nīnum*, nullo modo cum Assyriaca eandem facit, uel, quod antiquitatis cognomentum Assyriacae debetur, huic nequaquam tribuit, sed hoc sensu *ueterem* appellat, quod Hierapolis antiquitus Ninus dicta fuerit, prout Constantinopolis eidem dicitur uetus Byzantium. Quasdam autem Nini reliquias aeuo Ammiani superfuisse, dubium non est, quas, Vrbis nomine uix dignas, Tacitus saltem nominat *Castellum fama noble.*

a) Ad Solinum Tom. II. p. 1226. et 1228. Eadem ratione *Babylona ad splendidissimas Syriae urbes refert Ammianus L. XXII I. p. 251,*

quae *Diodori* atque *Pausaniae* aevo tota iam
deserta erat, uid. *Henr. Valesius* in notis
p. 267.

b) In *Pbaleg.* L. IV. C. XX. p. 249.

c) L. XIV. p. 28. *Comagena*, nunc *Euphraten-*
fis, clementer adsurgit, *Hierapolii* ueteri *Ni-*
nio, et *Samosata* ciuitatibus amplis illustris.
Vid. *Henricus Valesius* in notis p. 42. cui no-
stra debemus. De *Affyria* *Ammianus* L. XXIII.
p. 251. In hac *Adiabena* (*Affyria*) *Ninus*
est ciuitas, quae olim Persidis regna possede-
rat, nomen *Nini*, potentissimi Regis quondam,
Semiramidis mariti declarans. Et L. XVIII.
p. 126. Postquam Reges (Persarum) *Niniue*
Adiabenae ingenti ciuitate transmissa in me-
dio pontis *Anzabae* (*Tigris*) hostiis caesis,
extisque prosperantibus transfere laetissimi.

d) *Annali* XII. 13. de expeditione *Meberdatis*:
Transmisso amne *Tigri* permeant *Adiabenos*.
Sed capta in transitu Vrbs Ninus, uetusissi-
ma sedes *Affyriae*, castellum insigne fama,
quod postremo inter *Darium* atque *Alexan-*
drum praelio Persarum illic opes conciderant.
Vid. quae *Bockartus* de reliquiis *Nini* ex
Beniamine Tudelensi c. l. p. 255.

SECTIO V.

**REGNI BABYLONICI RESTITVTI HISTO-
RIA AD NEBVCADNEZARIS
VLTIMA.**

I.

Ita liberta tem patriae reddidit Nabopollassar, huc usque ab Assyriis suppressae, cum uires Assyriorum a Medis fractae essent, et Asia Scythis succumberet, anno P. I. 4089, Aere Nab. 123. Cuius rei testatissima apud Babylonios fuit memoria, quam, constituta noua Patriae a Nabopollassare liberatae Epochae, ad posteros transmiserunt, ut nos dubitare non sinit celebris ille character chronicus apud Ezech. I. u. 1, anno Captiuitatis V, cui iungitur, insigniter illustratus. a) Qui, quamuis uariis chronologorum opinionibus subiaceat, b) non aliunde tamen, quam a primo Nabopollassaris anno, secundum Sacrae et profanae Chronologiae parallelismum, duci potest.

a) *Factum est anno XXX, in quarto mense, in quinta mensis, cum ego essem in medio captiuitatis iuxta fluuium Kebar; erat autem ille annus quintus a captiuitate Regis Ioiachin.*

R 2

b) De

b) De eo uarias uariorum tententias collegit *Aegidius Strauchius* in *Breuiario L. IV. C. XX.* p. 515. sq. *Scaliger* reēte quidem obseruat, quod Prophetae deportato et captiuo non licuerit alia Epochā uti, quam Victoris, rei tamen non satisfacit, quando uult, Prophetam respexisse ad annos Nabopolassaris, quem 29 annos imperio praefuisse, frustra statuit. Vid. *Iacobus Perizonius* in *Origg. Aegyptiacis* p. 425. coll. 431. sq. qui tamen nec sibimetipſi conſtat, ut uidebimus postea. Gentibus interim Reges mutantibus, atque ad *autoxopia* redeuntibus, ut nouas conderent Epochas, uſu uenisse, ex ipſa Epochā Nabonassarea, Seleucidarum, Augustorum aliisque apertum est, pluribusque docuit *Henricus Norfius* in elegantissimo *de Epochis Syro-Macedonum* opere.

II.

Nabopolassarem notanter Sacra Scriptura Regem Assyriae nominat, **a)** contra quem arma sumferit Pharaō Necho, Rex Aegypti. **b)** Id enim nobis explicat Iosephus, **c)** quando ait, Aegyptium copias duxisse contra imperii Assyriaci euersores, quo nomine omnino compellandi sunt Nabopolassar et Cyaxares. **Classie adiectus ille in Palaestinam,** **d)** ad

ad urbem Megiddo Palaestinae manus primum cum Iosia, Iudeorum Rege, se a transitu prohibituro, *e*) conseruit, uictorque in praelio, magna hostium strage, ipsoque regio sanguine uiam fibi in Cadytin urbem, totamque Syriam struit. *f*) Quibus potitus Charchemisch *g*) usque, Euphrati adsitam, processit, in cuius obsidione haerens, a filio Nabopolassaris Nebucadnezare, quem Pater, regio charactere insignitum, exercitui praefecerat, cruento praelio excipiebatur, *b*) prostratoque exercitu suo, iacturam omnium, quae quatuor annorum uictoriis acquisiueraut, subito fecit. Nebucadnezar uero, restituta tota Syria, ad fines Aegypti usque *i*) Asiae cum Patre Nabopolassare late dominabatur, magnum postea in conuersione regnum fere omnium Dei instrumentum.

a) 2. Reg. XXIII. 29. Eadem ratione et Rex Persiae Esrae VI. 22. Assyriae Rex appellatur.

b) *Herodoto* Necus dicitur loco mox excitando. Elegans est Chronologorum veterum consensus *Manethonis*, *Africani*, et *Eusebii*, qui omnes Necum ad Iosiae tempora refe-

ruit, in qua re sibi perplacet *Eusebius*, male quidem ab *Hieronymo* intellectus, et a *Scaliger*, quem ille secum errare fecit, in *Annotacionibus* p. 79. notatus, sed rectius explicatus a *Iacobo Perizonio in Origine Aegyptiacis* C. XXIII. p. 408. sq.

- c) Lib. X. *Antiqu.* C. VI. p. 335. *Nechaos, Aegypti Rex, magnis delectibus habitis, copias ad Euphraten duxit contra Medos et Babylonios, qui Assyriorum imperium cuerterant, uolens sibi Asiae regnum quaerere. Ioh. Marsbamus, falsa Chronologia inductus, Iosephum, talia scribentem, commentis Ctesianis imbutum esse, censet in *Canone Chronicus* p. 569, Regemque Aegypti contra Regem Assyriorum **Chyniladanum**, Babylone regnantem, profectum esse, statuit.*
- d) Ita *Hermannus van der Hardt L. II. Mythologiae Graecorum, in decantato Pygmaeorum, Gruum et Perdicum bello detectae* C. II. p. 27. Quamuis autem haec Viri docti sententia differto Scriptoris antiqui testimonio destituantur, uidetur tamen coniecturam duxisse ex uerbis *Herodoti* L. II. C. 159. Et classibus quidem *Necus*, ubi opus fuit, usus est.
- e) 2. Reg. XXIII. 29. sq. 2. Chron. XXXV. 20. sq. *Iosephus Antiquit. X. C. VI.*
- f) *Herodotus l. c. pergit: Terrestri autem acie congressus cum Syris in Magdalo uictoria potitus*

titus est et post praelium Cadyti magna Syriae urbe. Diuersissimae et pugnantes inter se sunt Virorum doctorum de Magdolo Herodoti et Cadyti sententiae. uid. Scaliger in Annaduers. ad Eusebium p. 79. et Lib. III. Canon: Isagog. p. 287. Hugo Grotius ad h. l. Iob. Marsbamus in Canone Cbronico p. 569. Iac. Vfferius in Annalibus ad An. 3394. p. 63. sq. Iob. Clericus ad h. l. Iacobus Perizonius in Origg. Aegyptiacis p. 416. sq. Hadrianus Relandus in Palaestina L. III. uoce Megiddo p. 893. sq. Hermann uan der Hardt l. c. p. 26. sq. Duplex fuit Magdolus, altera in finibus Aegypti, altera in Tribu Manasse, Megiddo alias dicta, ut Relandus l. c. p. 884. uoce Magdala, posterior huc spectat, propter Zachariae C. XII. u. II, ubi campus Megiddo, de quo Scriptores memorant, Hadadrimmon iungitur, quam elegantissime nobis explicat, censente Drusio, Hieronymus ad h. l. Adadremmon, pro quo LXX. transtulerunt Πωῶνος, urbs est iuxta Iesrēelem, quae hoc olim uocabulo nuncupata est, et hodie uocatur Maximianopolis in Campo Mageddon. Quando igitur Iosias dicitur occurisse Pharaoni, phrasin hanc cum Hadriano Relando de exercitibus sibi mutuo occurrentibus accipimus, supposito hoc, quod Pharao itinere nauali in Palaestinam uenerit, non autem terrestri, quod aliis, etiam ipsi Relando uisum. Cadytis uidetur

Vrbs fuisse maritima, ut *Herodotus* L. III.
C. V. ignota perinde ut *Ienyfis*, cui iungitur.

- g) *Charchemisch Sam. Bocharto in Phaleg Lib. IV. C. XXI. p. 255. Hag. Grotio in Ieremiae C. XLVI. Augustina Lubino*, in *Indice Geographico*, *Annalibus Vfferianis* praemisso, *Christophoro Cellario Geogr. Orbis antiqui Tom. II. Lib. III. C. XV. p. 715. sq. Cercusium* siue *Circesium* est, urbs Mesopotamiae, quae, ut ait *Euagrius* L. V. C. 9. *Euphrate et Abora fluuiis circumdata erat*, et ab iisdem ueluti *insula facta*. Vrbem hanc regni Assyriaci olim partem fuisse, liquet ex *Esaiae X. 9.*
- b) *Ierem. XLVI. 2. diserte ibidem Nebucadnezar Rex Babyloniae appellatur*, qui exercitum Pharaonis prostrauit, anno regni primo, Iehoiakim quarto.
- i) *2. Reg. XXIV. 7. Iosephus L. X. C. VII.*

III.

Sed in alia discedit omnia Vir doctiss. Ioh. Marshamus, a) qui totam hanc historiam plane non ad Nebucadneza-rem iuniorem, sed seniorem potius, in Canone Nabopolassarem appellatum, referri iubet, annum primum apud Ieremiam, quo Pharaon Necho clade affe-ctus

Etus est, de Nabopolassare interpretatus. Quando igitur in Historia Iehoiakimi reliqua Iechoniae et Zedekiae Nebucadnezaris mentio fit; quae sane frequentissime fit, eam de Nabopolassare intelligentiam censet, cuius anno XVIII. Hierosolyma capta sint. Noli tamen existimare, quasi ille Ioh. Funcii errorem recixerit, Nabopolassarem cum filio inepte confundentis, b) quem dudum iam Sethus Caluisius ex Berosi fragmēto confutauit, c) sed fauent ipsi argumenta, ut quidem uideri possit, non leuia. Certe Iosephus non modo fragmentum Berosi, d) quod plurimi ad haec tempora trahunt, temporibus excidio Hierosolymitano proximis collocaſſe, sed et annum Nebucadnezaris secundum apud Danielem C. II. u. 1, quem de iuniore omnes accipiunt, ad quintum post desolationem Vrbis annum reſuliffe uidetur. Accedit, quod primo intuitu captiuitatis anni septuaginta, qui in Cyro definunt, ab expugnatione Vrbis exordiendi sint, quorum spatium, stante hac hypothesi, per accuratissimae quoque Chronologiae rationes impleri

alias non potest, nisi decimum octauum Nebucadnezaris annum, quo Vrbs cecidit, de patre intelligas, e) quae ratio CL. Henricum Mascampium f) sine dubio in hanc Marshami sententiam pertraxit. Enim uero falluntur Viri docti omnino, quod ex loco Zachariae I. 7. coll. 12, a Clemente Alexandrino et Eusebio iam ad praesens negotium allato, g) abunde constat, quem tamen tam male quidam tractarunt, ut magis gladio nodum, quam ingenio soluisse uidentur. Certe si anno Darii secundo, quo iam ante annos XVIII. captiuitas soluta erat, septuagesimus adhuc ab excidio Vrbis annus decurrebat, qui possint haec cum semetipsis, Chronologia Sacra uero cum Epochâ Nabonassarea consistere, prorsus non intelligo.

a) Chronologiam Sacram cum Epochâ Nabonassarea et annis Nabopollassaris peculiari laterculo comparat p. 571. *Canonis Chronicis*: quem hic apponimus,

An Nab.

123 Nabopoll. i Iehoiakim 4

130 - - - 8 Zedekiae - i quo Iechonias deportatus

140	- - -	18	- -	10, quo urbs ob- fessa,
141	- - -	19	- -	11 quo urbs excisa
210	Cyri	1	Captiuitatis, 70 quo captiui- tas soluta.	

b) In *Cchronologia* p. 62.

c) In *Isagoge Cchronologica* C. XXX.

d) Vid. p. 573. sqq.

e) Marshamus ita computum instituit:

Nabopollassaris	-	3
Nabocollassaris	-	43
Iluarodami	-	2
Nericassolassaris	-	4
Nabonadii	-	17
Cyri	- - -	1

colligit in summam 70. annorum.

f) In *Institutionibus historicis* Parte I. L. V. C.
I. Sect. V. p. 198. sq.

g) *Cbronicorum Libro II. N. 1420. p. 125.*

IV.

Etiam characteres alii supersunt, qui Marshamo ualde aduersantur, rationesque chronicas longe alias postulant. Quae enim in errorem induxit Virum doctum captiuitas Babylonica, ea, si ipsam

ipsam huius rei sedem Ieremiae C. XXV.
spectes, non demum post desolatam ur-
bem, sed quarto Iēhōiakimi anno initiu-
m cepit. Hoc uidelicet praestructo,
quod his LXX annis sacer uates non
captiuitatem aut desolationem, sed SER-
VITVTEM definiuerit, non possumus non,
si rei euentum respiciamus, a IV Ieho-
iakimi anno, quo sub iugum misit Ne-
bucadnezar Iudeam, eorum enumera-
tionem incipere, eamque cum ipso regni
Babylonici interitu finire. *a*) Merito hic
ductu ipsius Iosephi *b*) in partes trahi-
mus annales Tyrios, quos historiae sa-
crae consonare, laudatus Auctor affir-
mat. Rationes eorum, quas corrupte a-
pud Iosephum legi, praeter rem, existi-
mat Iacobus Perizonius, *c*) annos am-
plius LII. a destructione Templi ad pri-
mum Cyri numerare non permittunt,
quibus, si addantur anni Nebucadneza-
ris XVIII, a IV Ioiakim ad Templum
destructum elapsi, anni LXX euidentis-
sime conficiuntur. *d*) Ut circulum tan-
dem remittamus, accedimus ad ipsam
Aegypti historiam, quae per Synchro-
nismum Pharaonis Neci cum Iosia et Ie-
hoia-

hoiakim , quem ualde turbat Marsham, e) asserta nostra satis confirmat. Ex quibus omnibus Chronotaxis Marshami liquido conuellitur , sponteque fluente Synchronismo ad Nabuchodonosorem iuniorem omnia redeunt.

a) *Noli existimare, nos ex re dubia argumentum ducere, cum ea tot claris signis luceat, ut mirum sit, qui potuerint chronologi in re adeo perspicua tamdiu haesitare. Ita disterte Ieremias V. 11. et 12. Omnes populi seruient Regi Babelis LXX annos et completis his LXX annis uisitabo super Regem Babelis. Quae repetit C. XXVII. 7. Seruient Nebucadnezari omnes gentes et filio eius, et filio filii eius. Coepit autem Seruitus, eo ipso Iehoiakimi anno, quo Propheta eandem praedixit l. c. V. 1, quo Nebucadnezar Pharaone superato totam Syriam sibi subiecit et Iehoiakim, Regem Iudee sibi tributarium reddidit, sublata uero est in ipso regni Babylonici termino, anno Cyri primo, ut edictum eius loquitur, Daniele C. IX. 2. haud obscure idem significante. Quibus insignibus characteribus Petavii et Conringii ductu constitutis non licet cum Scaligero , eumque sequentibus, interuallum hoc LXX annorum a captiuitate Iechoniae exordiri, qui non modo characteres nostros prorsus neglexit, sed et in dinumerandis*

randis captiuitatis annis tam oscitanter uerlatus est, ut cum Chronologia Libri Esdrae eius hypothesis prorsus consistere nequeat. Esdras anno II. reditus (C. III. 8.) ait C. IV. in aula Cyri, quoad usque ille uixerit per delatores fuisse impeditam Templi aedificationem, cum igitur Scaliger hos LXX annos ab An. P. I. 4113. ad A. P. I. 4183, qui est Cyri pro diuersis auspiciis 29. uel 8. dinumerat, hoc euitare non potuit, quin Chronologia sua Esdrae rationes aperte conuellat, quod elegantissimum est Herm. Conringii *Aduersariorum Chronol.* C. XIV. argumentum, id, quod grauius ferit Scaligerum ideo, quoniam lechonias abductus fuit Anno P. I. 4114, quod nec negare potest Scaliger, unde consequitur, ultimum captiuitatis annum cum ultimo siue trigesimo Cyri coniungendum, atque ex mente Scaligeri, *Cyrum etiam apud inferos post obitum suum pro restitutione hebreorum edita fecisse*, quod false aduersariis suis obiicit ille, statuendum. Duplici autem nituntur dissentientes argumento, perpetuo seruitutem cum captiuitate confundentes, primum ex consolatoria Ieremiae epistola depromunt C. XXIX. 10. *Sic ait Iehouah, ubi implebuntur Babylone LXX anni, uisitabo uos*, ubi Aegidius Strauchius aduerti iubet, Breuiarii L. IV. C. XXI. p. 528: totum illud annorum LXX interuallum ad eos, qui cum

Iecho-

Iechonia abducti sunt , liquido restringi , sed locus iste non de toto interuallo , sed de implemento eius agit , atque commode hanc explicationem admittit , qua Scaligeriani alias utuntur 2. Paral. XXXVI. 21. usque dum implerentur LXX anni . Alterum petunt ex computo Ezechieli , qui a captiuitate subinde solet numerare , sed numerat etiam ab Vrbis desolatione , unde et istud argumentum parum facit ad rem . Denique ex Scaligerianis Sethus Caluisius , quo effugiat argumentum a primo anno Cyri , eum non Babylonici imperii primum statuit , sed liberationis Iudeorum , in quemcunque annum Cyri referendum , sed contrarium facile evincas ex Actis Cyri publicis Esdrae VI. 2. 3. in quibus annos Cyri ad mentem Iudeorum consignatos fuisse , dici nequit , aliter in hoc dubio soluendo Scaliger uersatus est , de quo infra .

b) Lib. I. contra Apionem p. 1046.

c) Vid. in addendis ad Origines Babylonicas p. 350. sqq. sed non attendit Vir doctus , quando pro LIV. substituit XXXV. inclusive numerasse Iosephum ab excidio Templi ad primum Cyri , quod interuallum citra controversiam est annorum LIV. Seder Olam , quod saepius Iosephum sequitur , etiam numerat annos LII. nec excedit haec summa annos istos , quos singulatim memorat Iosephus , ut docet laterculus sequens. d) Ne-

<i>d)</i> Nebucadnezaris	-	18
ab excidio Vrbis Hierosol.		
ad obsidionem Tyri	-	4
Obsidionis	- - -	13
Baali	- - -	10
Iudicum	- - -	7 mens. 3.
Balatori	- - -	1
Merbali	- - -	4
Hiromi	- - -	13

70 m. 3.

e) Vid. *Jacobus Perizonius in Origg. Aegyptiacis* C. XXIII. p. 408. sqq. et contra *Marshamum* p. 452. *Marshamus* in subsidium mentis hypotheseos interregnum XI annorum singit, cuius ne minimum quidem ex Scripto-
re probato affert indicium.

V.

Quid uero dicemus de eo, quod Iosephus LXX. annorum interuallum, aequae ut Marshamus, a Templi desolatione ad primum Cyri duxerit? Speciosae huic obiectioni ut satisfiat, responsio in promtu est non una. Primo enim, quamuis hoc Marshamo largiamur, salua id fieret ueritate, quam Parachronismi Iosephi non impediunt. Deinde, si ponam-

ponamus cum hoc Auctore, fluxisse ab excidio Templi ad primum Cyri, quo captiuitas desit, et iuxta Chaldaicos et Tyrios annales annos quinquaginta quartuor, uerba eius L. I. contra Apionem p. 1044. *unde contigit ciuitatem desolari annis LXX usque ad Cyrus* forte aliquis acceperit de toto Nebucadnezaris bello, quod iam sub Iehoiakimo exarserat, cum alias ipse Auctor, quod in Thesi asseruit, consonare hebraeorum calculis Babylonicas et Tyrias historias, in probatione destruxisset. Accedit, quod alio in loco a) initium horum LXX annorum non desolationem Vrbis sed transmigrationem fecerit, quae istam multis annis antecessit. Verum Iosephus, hoc primo falso admisso, quod Nebucadnezar, Pharaoni Neco instans, Iudeam reliquerit intactam, non potuit de seruitutis initio, quam praedixit Ieremias recte sentire, ut quidem uisum Petro Brinchio. b) Sensum igitur in superius allato loco non satis plenum esse statuimus, quem felicius reddidit idem Auctor l. c. p. 1046, ubi ad annum usque Darii II, hos annos dinumerando progreditur. Neuti-

quam igitur cum Marshamo per Nebucadnezarem in Historia Ioiakim et Zedekiae Nabopolassarem intelligit, sed Nabuchodonosorem eius filium, *cuius XIIIX anno Templum destructum, quod secundo Cyri anno, fundamentis depositis, rursus secundo regni Darti anno perfectum sit.* Annorum uero seriem intra hos terminos ex fragmento Berosi deducit p. 1045, usque ad primum Cyri, qui Nabonidum debellauit. Subiicet his annales Tyrios, ex quibus colligit a desolatione ad annum XIV. Hiromi, quo Cyrus imperium acceperit, annos LIV, ubi tamen Marshamus mentem eius peruerit, c) quasi ibidem de Persico Cyri initio loquatur, in chaldaicis uero de Babylonico, cum utroque in loco idem Auctori sit propositum et aequale a termino communis ad primum Cyri siue annum Liberationis interuallum.

a) Lib. XI. C. I. p. 357.

b) In *Examine Chronologiae et Historiae Fl. Iosephi* C. VI. §. 4. p. 24. sq. Fallitur enim ipse Brinchius, quando cum Iosepho seruitatem Iudaeis illatam esse, credit, anno Iehoiam VIII,

c) In

c) In *Canone Chronicō* p. 622, ubi tempus primae militiae Cyri in Tyriorum Annalibus se reperisse putat. Ita enim uertit *Iosephi uerba*: ἐπὶ τὰς Κυρὸς Περσῶν ἐδυνάσευσεν: cuius temporibus Cyrus apud Persas imperatoria potestate functus est, ad mentem Xenophontis. Et uerba illa: Κυρος ὁ Περσης τὸ Κράτος παρέλαβεν, *Cyrus Persa exercitum acceipit*, quae longe melius de auspicio Babylonico interpretatus est. *Gelenius.*

VI.

Et haec Iosephi fluctuatio, quam non diffitemur, ancipites ualde tenuit eius lectores. a) Ut enim de Auctore Seder Olam b) hic taceamus, Clemens Alexandrinus, c) qui Berosum hic se reperisse credit, Iosephi sententiam ita nobis representat, quod Nabuchodonosor in XII regni Zedekiae, septuaginta annis ante Principatum Persarum, aduersus Phoenicas et Iudeos bellum gesserit, et captiuos abduxerit Iudeos. Ipse uero Clemens noster his Iosephi rationibus quidem accessit quoad captiuitatis caput, sed eius finem non primum Cyri, sed annum Darii secundum, quo Templum demum instauratum fuit, constituit, d) intra

quos terminos omnino 7. anni elapsi sunt. Male igitur Iosephus Iust. Scaliger e) Eusebium, ab excidio Vrbis LXX annos ducentem, $\alpha\lambdaογισίας$ arguit, quod Clementem suarum partium esse affirmans, non attenderit, se de Zedekia, illum uero de Iechonia fuisse locutum. Fateor, Ioachim nominat Clemens, sed Zedekiam sub eius nomine cum multis antiquorum haud dubie intelligit, qui Zedekiae hoc nominis ex male intellecto Ier. C. XXVII. 1. et 12. tribuere solent. f) Assertum uero confirmant characteres omnes, initium captiuitatis ad desolationem retrahentes, atque a Clemente copiose allati, quos ipse Scaliger ad tempora Zedekiae pertinere agnoscit.

- a) *Iosephi* mentem haud dubie plane non percipit, qui numeros in annis Regum Chaldaeorum mutauit L. X. A.quit. C. XII.
- b) *Auctor Chronicorum maiorum*, qui ex iudicio Ioh. Meyeri Aburbanel est, uno in loco hos LXX annos a IV Ioiakim ad primum Darii Medi, altero uero ab excidio Vrbis ad secundum Darii Hystaspis numerat, Vid. p. 82. et 82. editionis Meyerianaee. Priori modo numeri sic colliguntur uitiosissime:

VII anni Nebucadnezaris ante captiuitatem
Iechoniae,
XXXVII captiuitatis Iechoniae
XXIII Euilmerodach ex Iosepho uitiato
III Belsazaris

LXX

- c) Lib. I. Strom. p 329. *In duodecimo autem anno regni Zedekiae Nabuchodonosor, septuaginta annis ante principatum Persarum, aduersus Phoenicas et Iudeos bellum gessit, ut dicit Berosus in Historiis Chaldaicis.* Ioab autem, scribens de Assyriis, facetur, se a Berofo sumfisse Historiam, uera esse, quae ab eo dicuntur testificans. De Ioaba siue Iuba uid. Vossius de Hist. Graecis L. II. C. IV. p. 175. sq.
- d) L. I. Strom. p. 331. *Cum itaque impleretur undecimus annus, in principio sequentis regnante Ioachim, facta est captiuitas Babylonica a Rege Nabuchodonosor, cum septimo iam anno esses Rex Assyriorum, Vacreus uero secundo anno esset Rex Aegyptiorum: Philippus autem Magistratum summum gereret Athenis, primo anno, quadragesimae octauae Olympiadis. Mansit autem captiuitas annis septuaginta, ut quae cessarit anno secundo Darii, Hystaspis filii. Septimum Nebucadnezaris annum, caue, interpreteris ex computo sacro uel Canone Ptolemaico, utpote, qui mendoso numero Iosephi, qui Nabopolassari annos 29 tribuit,*

buit, innititur, atque adeo, dum cum anno
excidii concurrit, *Scaligero* non fauet.

e) Ad *Eusebium* p. 82.

f) Non est, ut hic pluribus inquiramus in sententias doctorum Virorum, qui, nescio quas, difficultates in hoc loco sibi reperisse uidentur. Notasse sufficiat, ex veterum coniectura Zedekiae nomen fuisse Ioachimi, de quo uide *Jacobi Vfferii Chronologiam sacra* p. 88.

VII.

Ex mente igitur Fl. Iosephi, ut percepit eam Clemens Alexandrinus, fragmentum Berosi ad tempora excidii Hierosolymitani spectat, quod, quamuis suo relinquamus loco, a Iosephi tamen rationibus longe abesse Marshamum, pluribus liceat asseramus. Iosephus enim, admisso licet hoc errore, non ausus est, totam historiae huius analogiam turbare, ut quidem Marshamus, imo eidem aperte contradicit, cum Iechoniam ab Euilmerodach e uinculis liberatum, ait, a) statim post Nabuchodonosoris obitum, quod, ut ex Ieremia constat, anno captiuitatis 37. factum est. Apud Mars-

Marshamum uero, ut ex his Iosephi fieri debebat, non annus Euilmerodachi primus et captiuitatis 38 concurrunt, sed Nabuchodonosoris XXIII. Marshamus porro, quo satisfiat Berofo, quem in citato fragmento de Hierosolymorum Tyrique excidio et Aegypti uaestatione locutum, ad mentem Iosephi, supponit, omnia haec intra angustum trium fere annorum spatium concludit, et Hierosolymam anno Nab. 141 Tyruim anno 142 excisam, Aegyptum uero anno eiusdem aerae 143. anno Nabopolassaris ultimo subactam existimat. b) Quid uero de his Iosephus? Ille non secundo, sed quinto post excidium Vrbis anno Nabuchodonosoris in Colesyriam expeditionem factam esse, ait, c) hacque occasione Tyrum obsessam, qua post 13. annos expugnata, adierit Nabuchodonosor Aegyptum, et quae sequuntur. Evidem Henricus Doduellus, d) et ipse, ni fallor, Marshamus, ex eo consensum Iosephi cum suis calculis elicere uolunt. Ille enim existimat, quintum hunc annum eundem esse Iosepho, quem alio loco Nabuchodonosoris secundum dixerit. Verum Iosephus secundum hunc Nabuchodo-

nosoris annum non simpliciter de annis regni accipit, sed post aegyptiacam di-reptionem, a quinto hoc anno longius remotam, sensu plane diuerso secundum nominauit. *e*) Praestat igitur cum Henrico Mascampio discrepantiam rationum Iosephi a Marshamianis confiteri, *f*) in quo doctissimo Viro miramur, quod nostrae sententiae, quae a Petauiana et Vfferiana prope abest, opposuerit argumentum, quo tamen propria uineta caedit. Scilicet stante nostra hypothesi nulla ex parte cohaerere, inquit, tempora Merodachi et Hiskiae aegrotantis, sed, quod pace CL. Viri dictum sit, nostra cohaerent, Marshamiana uero longo temporum tractu diuelluntur, ut rationibus rite subductis *g*) cuilibet ad oculum patebit.

a) Antiquit. L. X. C. XII. p. 350.

b) Marshami hypothesin, infra in suis partibus examinandam, sistimus hoc laterculo:

Anno Aerae Nab.

129 Nabopolassaris VII. coepit obsidio Tyri

141 Nabopoll. XIIIX. Hierosolyma capta et Templum excisum

142 Tyrus expugnata post XIII annorum obsidionem.

143 Nabopoli. XXI uastata Aegyptus, anno VI Psammis Aegyptii.

c) *Antiquit.* X. C. XII. p. 345, ex quo fragmentum ex *Annalibus Tyriis* L. I. contra Apionem p. 1046 proditum, lucem accipit. Sed *Marsamus*, quasi haec nihil ad se, quae de expeditione Nabuchodonosoris in Coele-syriam *Iosephus*, mire contrahit eius uerba p. 575. *Anno quinto excidii Hierosolymitani*, qui est *Nabuchodonosori* XXIII. rursum *Babylonem abduxit captiuos Iudeos*, qui erant in *Aegypto*, quae an *Iosepho* conueniant, ex ipso Auctore uelim cognosci. Addit *Marsamus* ex mera hypotheseos δύλειξ: *Quintus iste captiuitatis annus est aerae Nabonassari* 145. *et secundus Naboclassari siue Nabuchodonosori filii: sed continuando Patris filiique annos*, XXIII dicitur.

d) In appendice ad dissertationes *Cyprianicas* §. 26.

e) L. X. *Antiquit.* C. XI. p. 346.

f) In *Institutionibus historicis* L. V. C. I. Sect. V. p. 198. sq.

g) A morbo Hiskiae ad excidium Templi

fluxerunt anni 125, qui colliguntur ita: anni 15 Hiskiae post morbum.

55 Manassis

2 Amonis

31 Iosiae

11 Ioiakim

11 Zedekiae

125

qui si abstrahantur ab Anno Nab. 141, quo ex mente Marshami Hierosolyma excisa, relinquent annum Nab. 17, quo non *Mardokempadus*, qui *Mascampio Merodach* est, sed *Chinzirus* et *Porus* regnarunt apud Chaldaeos. Ex nostra sententia sic instituitur calculus, urbs capta est anno Nab. 158, abstrahantur inde anni 125, emerget annus Nab. 33, qui *Mardokempadi* septimus est.

VIII.

Temporum igitur rationibus, ut credimus, satis contra Marshamum firmatis, mox ad illas regressuri, pergitimus interim ad alia Nabuchodonosoris gesta, et in primis ad clades Iudeorum, quas Rex ille potentissimus, arma uictoria per totum Orientem ferens, huic, Aegyptiis nimis deditae, genti intulit, conuertimur. Vix Propheta Ieremias Iohoiakimo, a Pharaone Neco in solium uestito,

uecto, periculum a Nebucadnezare imminere, praenunciauerat, *a)* cum ille, eodem adhuc anno adueniens, Regnum Iudaicum sub iugum mitteret. Equidem Nebucadnezar Regem catenis uinctum ad perpetuos carceres damnauerat, pactis tamen seruitutis conditionibus, mutata sententia eundem in regnum ut cunque restituebat, nonnullis saltem ex sobole regia cum uasis sacris Babylonem abductis. *b)* Huc spectant ea, quae Daniel in exordio uaticinii sui memorat, ex quo simul character temporis elucescit, de quo alias Scriptores sacri silent. Ait Propheta post annum Iehoiakimi tertium, siue, quod iuxta eius scribendi modum idem est, anno Iehoiakimi quarto adscendit Nebucadnezar Rex Babelis etc. quem sensum uerborum Danielis *c)* partim ex Ieremia, qui annum Nebucadnezaris primum cum IV. Iehoiakim exeunte connectit, *d)* partim ex chronotaxi ipsius Prophetae, de qua infra dicemus, quamque illi, qui tertium hunc annum de rebellione Ioiakim accipiunt, *e)* prorsus euertunt, possumus tueri. A uero igitur abest Iosephus, qui Nebucadnezarem, bello Aegyptio occupatum,

patum, Iudeam intactam reliquisse statuit, *f*) quanquam non in eorum sententiam concedamus, qui tunc insignem incolarum multitudinem abductam existimant. *g*) Nullum eius apud Scriptores sacros indicium apparet, sed profecta est haec sententia partim ex male intellecto Daniele C. I. 2, quem de captiuitate exilioque ipsius Regis locutum, Author Seder Olam *b*) iam coniecit, quamvis tertium hunc Iehoiakimi annum de anno tertio rebellionis Iehoiakim cum Iosepho accipiat, partim ex hypothesi, quae notissimum illud annorum septuaginta interuallum de captiuitate, non uero de Seruitute interpretantur Viri docti. Ioiakim autem elapsis tribus annis, cum longe abesset Nebucadnezar et Satrapa eius, per Aegyptum et Coelesyriam constitutus, deficeret, simul cum eo rebellauit, misere tamen a uariarum gentium turmis ipsi immisis uexabatur, a quibus et captus ille, occisus et infestus abiectus est, *i*) cum aegyptiaca auxilia frustra expectarentur. *k*)

a) C. XXV. toto.

b) 2. Reg. XXIV. 1. sqq. 2. Chron. XXXVI. 6. sqq.

c) Com-

c) Communiter hanc dilcrepantiam ita expeditunt Chronologi, tertio fluente, ut habet Daniel, et quarto ineunte, ut habet Ieremias, Nebucadnezarem aduenisse, uid. *Robertus Basilius L. I. C. VIII. Operis Historico-Chronologici* p. 90. aliique, cui sententiae subsequentium temporum Chronologia et nexus annorum Nebucadnezaris et Regum Iudee repugnat. Nec feliciter satis in his uersatus est *Jacobus Perizonius in Origg. Aegyptiacis* p. 430, qui anno tertio initium ueniendi in Iudeam Nebucadnezarem fecisse, quarto uero exeunte reuera uenisse coniicit; Melius haec inter se conciliantur, si ex mente doctorum hebraeorum cum *Iob. Meyero* in notis ad *Seder Olam C. XXV.* p. 1132. hunc uerborum sensum esse statuamus: *Completis tribus annis regni Ioiakim, uel post annum tertium regni Ioiakim i. e. quarto.* Similis est Phrasis *C. IX. 26. Post Hebdomades LXII.* i. e. Hebdomade LXIII, uel si addantur, VII praecedentes, hebdomade LXX. *Constantinus Lampereur in notis ad Iosephi Iachiaiae Paraphrasin in Danielem* p. II. *Quod si non,* inquit, *finem anni tertii, sed tertium exactum significari dicas, nihil peccabis, nam 3 pro post accipitur etiam Num. XXVIII, 26. unde graeci etiam per μετὰ rediderunt Exod. II. 23. post dies etc.*

d) C. XXV. I.

e) Ita

- e) Ita in primis *Fl. Iosephus*, qui Lib. X. C. VII. *Antiqu.* anno Iehoiakim octauo Iudeam a Nebucadnezare subiugatam statuit, cui per tres annos subiectus fuerit Ioachim usque ad undecimum regni annum. Quam Iosephi sententiam, utut uerae Historiae maxime aduersetur, *Petrus Brinchius* multis defendit in *Examine Historiae et Chronologiae Fl. Iosephi* C. VI. p. 24. sqq.
- f) l. c. p. 336.
- g) *Cappellus* et qui eum sequitur, S. V. *Buddeus* hoc primam populi deportationem maiorem referunt. Vid. in *H. E. V. T.* Tom. II. Sect. IV. §. 27. p. 572. et Sect. V. §. 1. p. 755.
- h) C. XXV. p. 70. Ex eadem hypothesi perperam haec tria Dan. 1. u. 2. Ierem. XXII. 19. 2. Chron. XXXVI. 6. coniungit, quorum characteres tempora maxime diuersa respiciunt.
- i) 2. Reg. XXIV. 1. 2. Ier. XXII. 19. ab his gentibus, qui sub Nebucadnezaris auspiciis omnia gerebant MMMXXIII. Iudeorum abduitos fuisse ex charactere VII anni apud Ier. C. LII. 8. demonstratur.
- k) Ex 2. Reg. XXIV. 7. patescit.

IX.

Hic locum sibi vindicat celebre istud
fragmen-

fragmentum Beroli, in quo laudatus Author apud Iosephum ^{a)} ait, quod Pater Nabuchodonosoris Nabopolassar, cum audivisset, Satrapen, in Aegypto et Syria inferiore et Phoenicia constitutum rebellare, impar belli molestiis feredis, Filium Nabuchodonosorem contra eum cum exercitu miserit, qui cum Satrapa desertore congressus, cum prouinciam ad proprium, sub quo fuerat ab initio, imperium reuocasset, nuncium accepit de Patris morte, unde coactus fuerit in regnum reuerti, dispositis Aegypti et reliquarum Prouinciarum negotiis, et captiuis Iudeorum, Phoenicum atque Syrorum per desertum sequi iussis. In primis hic attentionem nostram requirit character temporis, quem suppeditat Berossus, qui eleganter convenit temporibus rebellionis Ioiakim, mors scilicet Nabopolassaris. Quarto enim Iehoiakimi anno primum Nebucadnezarem in Iudeam peruenisse et Iehoiakimum sibi tributarium fecisse, iam ostendimus, qui annus Iehoiakim quartus Nabopolassaris XIIIX respondet, unde, si per tres annos Iehoiakim obsequi-

sequium seruauit, anno Nabopoll. XXI. siue ultimo, secundum Berosum, rebel- lauit. Ad Satrapen uero, a Nabopol- lassare deficientem, quod attinet, in eo sequimur Dionyssium Petauium, qui uerba Berosi accipit, *b*) prout iacent, et uerosimile esse, arbitratur, Nabopol- lassarem perdomita Syria et Aegypto, et sub tributum redactis regibus, quo illos in officio contineret, Satrapen ibi constituisse, qui conspirans cum Necha- one aliisque a Nabopollassare defecerit, et a Nebucadnezare uictus sit. Monuit quidem nonnulla contra hanc sententi- am Iacobus Perizonius, *c*) quae uero hac saltem ratione eidem aduersantur, si quarto anno Iehoiakimi hanc Satrapae rebellionem factam credamus, ut qui- dem omnino Petauius. Nam ante haec tempora nihil Iuris in Coelesyriam, A- siaeque inferioris Prouincias fuisse Ba- byloniis, crediderim, esse manifestum.

a) Lib. I. *contra Apionem* p. 1044.

b) *De Doctrina Temporum* IX. 61.

c) In *Origg. Aegyptiacis* C. XXIII. p. 447.

X.

Verum non eadem omnibus sententia est de uero tempore huius fragmen-
ti ; Satrapa enim ille , in Aegypto et
Coelesyria constitutus uariis subiacet
coniecturis. Fl. Iosephus Satrapam hunc
haud dubie intellexit de Zedekia et Pha-
raone Hophra foedere iunctis et aduer-
sus Nebucadnezarem rebellantibus , ut
ex clarissimis eius uerbis L. I. contra
Apionem p. 1044. a) colligitur , ex quo
erroris occasio , quo abusus est inpri-
mis Ioh. Marshamus , perspicitur , quare
ad tempora desolationis laciniām Bero-
si traxerit laudatus Auctor. E contrario
Scaliger b) Satrapen hunc uult esse Ne-
chaonem Aegyptium , unde fragmen-
tum Berosi ille retulit ad annum IV
Iehoiakim , quem sequitur Perizonius.
Sed miratur ille , c) qui potuerit Scaliger
fragmentum istud tanquam Scripturae
apprime consonum , tantis laudibus ce-
lebrare , cum statim ab initio quaedam
in eo occurrant , quae clare satis expe-
diri et cum aliis Auctoribus conciliari
haud possint. Ferre enim non potest ,

T

quod

quod Berosus Nechaonem Satrapen Babyloniae dixerit, qui tamen regnum acceperit a Patre Psammeticho, liberum et Babylonii nunquam subiectum. Imo et istud absonum ipsi uidetur, quod Nabuchodonosor, accepto de Patris morte nuncio, priusquam reuerteretur Babylonem, ordinasse dicas res Aegypti, quasi tunc temporis iam a se occupatae.

a) Memorat ibidem *Iosephus*: *Quemadmodum Nabopolassar misericorditer in Aegyptum et ad nostram terram filium Nabuchodonosorem, qui dum rebellantes eos inuenisset, omnes suo subiecerit imperio et Templum Hierosolymis concremauerit, omnemque generis nostri populum auferens, migrauerit in Babyloniam.*
Quae est fragmenti Berosiani apud Iosephum explicatio, quod statim probationis ergo subiungit.

b) In notis ad hoc fragmentum.

c) In *Origg. Aegyptiacis* C. XXIII. p. 446. sqq.

XI.

Ad haec doctissimi Viri dubia pauca, liceat, reponamus. Quod Necho Nabopolassaris Satrapa fuerit, id ne uerbo unquam Berosus dixit, sed quod Scaliger

ger per coniecturam sentit, Vir doctus Beroſo tribuit, quando uero Satrapam suum etiam in Aegypto constitutum et Aegyptum tunc temporis sub obsequium a Nebucadnezare redactam, Berosus ait, nimis extulit Nebucadnezaris fortunam, si stricte sumantur eius uerba. At Perizonius ipſe alio loco *a)* eadem mitius interpretatur, quod ante eum iam fecit Goarus, *b)* et prouincias Aegypto proxime adſitas intelligit, unde et istud dubium euaneſcit. Certe Nebucadnezarem in prima expeditione contra Nechaonem ad fines Aegypti usque progressum, diserte teſtantur Scriptura et Iosephus. Quod si uero haec omnibus non ſatisfaciant et hoc moneamus, quod breuitate nimia hoc fragmentum laboret, uitione Beroſi, an Iosephi, non liquet. Certe, quis facile existimet, tam pauca de rebus Nebucadnezaris ſcripſiſſe Beroſum, quae apud Iosephum leguntur. Sufficit interim, quod ex aliis monimentis inſigne istud fragmentum, ubi a uero paululum recedere uidetur, corrigi poſſit, uel commode explicari. Quod et hoc loco

inprimis necessarium est, ubi de rebellione Ioiakim exponimus, ille enim non statim sub Nebucadnezaris iura reuocatus est, c) quod quidem uelle uidetur Berosus, contrarium cum aperte doceat Historia S. ut iam uidimus.

a) In *Addendis ad Origines Aegyptiacas* p. 510.

ubi haec uerba: *res Aegypti ordinavit*, non ita accipienda censet, quod Aegyptum iam tum ceperit Nebucadnezar, sed quod ad fines Aegypti usque peruererit.

b) Verba enim Berosi, prout ea exhibet *Syneccllus in Chronographia* p. 220. καὶ τὸς αἰχμαλότος, ἰδαῖων τε καὶ σύζων, τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐθνῶν συντάξας, Goarus ita uertit: *Captiuisque Iudeis, Phoenicibus et Syris, earum, quae ad Aegyptum sunt, nationum etc.*

c) Facile quidem crediderim, Satrapam a Nebucadnezare fuisse superatum, sed morte Paris impeditus ille, non potuit uictoria uti, unde Iehoiakim hoc tempore ab eo nihil passus est. Immisit tamen eidem paulo post exercitum ex uariis nationibus collectum, quem, cum sequeretur ipse Nebucadnezar, iam occisus erat Ioiakim, eiusque loco regnabat Iechonias, ut apparebit ex sequentibus.

XII.

Si in hac, quam modo attulimus, atque contra Perizonium vindicauimus Berosiani fragmenti expositione consistamus, eius ope ad solutionem dubiae quaestio[n]is perueniemus, quae ad liquidum nondum perducta est, ut statim apparebit: cum quo scilicet Ioiakimi anno Nabopolassaris annus ultimus, et Nabuchodonosoris in Canone Ptolomei primus, debeant connecti. Vbi in antecessum obseruamus, Sacram Scripturam duplex Nebucadnezaris initium notare, alterum, quo a Patre ad imperii societatem admissus, Pharaonem Necum debellavit, quod Iehoiakimi IV. factum esse, constat; alterum, quo post Patris mortem ad totius regni haereditatem et Monarchiam peruenit, quod luculenter patet ex Dan. II. u. 1. cum Cap. I. §. 18. rite collato. a) Quos autem a IV Ioiakim dicit Nebucadnezaris annos Historia Sacra, ita cum annis Ioiakim et successorum coniungit, ut ex parte cum IV exeunte et cum V ineunte primus concurrat, quo Syncello iam

obseruatum, Perizonius *b*) idoneis asseruit exemplis. Sed non ita Canon Nabonassareus, in quo eius anni XLIII ab altero initio, Babylonico consurgunt. Duplicis huius initii rationes utcunque expedire possumus, si regrediendo a primo anno Cyri siue Aerae Nab. 210, abstrahamus annos seruitutis LXX, uel a secundo Darii Hystaspis siue Aerae Nab. 228. annos desolationis LXX. priori modo ad annum Nabopolassaris XVIII. posteriori ad annum Nabuchodonosoris XV, iuxta Canonem Ptolomaei, pertin gemus, atque hunc cum anno Zedekiae XI, illum uero cum anno Iaiokimi IV, intelligemus, esse componendum. Cum igitur Nabopolassarus XXI annos regnando impleuit, *c*) eius ultimum cum anno Ieiokami VII, Nabuchodonosoris cum anno eiusdem Ioiakimi VIII, a quo ad undecimum Zedekiae XV in Historia sacra numerantur anni, concurrere patescit. Ex quo tandem consequitur, IV ante patris mortem annos Nabuchodonosorem Imperii consortem fuisse, atque plures eidem annos ductu Chronologiae sacrae, quam habet in Canone, relinquendos esse appareret, ut adeo

adeo contradictione fere se implicent Viri docti, d) qui Scaligerum Petauiumque secuti hanc Historiae sacrae et profanae concordiam quidem agnoscunt, totidem uero regiminis annos in utraque Nebucadnezari adscribi, affirmant.

a) *Daniel* anno IV Ioiakim, qui primus est Nebucadnezaris apud Ieremiam C. XXV. I, abductus, Aschpenazi curae per tres annos traditus, iisdemque praeterlapsis Regi exhibitus, anno Nebucadnezaris II somnium explicat, ex quibus duplex Nebucadnezaris initium aperte cernitur.

Iehoiakimi IV Nebucadnezaris I. quo
V (Daniel abductus.

VI

VII, quibus sub Aschpenaz,
anni tres

VIII Nebucadnezaris I in Ca-
none.

IX Nebuc. II, quo somni-
um exposuit.

b) In *Origg. Aegyptiacis* C. XXIII. p. 427. sqq.
Ierem. LII. 29. ubi de tempore captiae Hierosolymae sermo est, Nebucadnezar anno regni sui XVIII captiuos secum abduxisse dicitur, et anno XIX regni sui, quod exorsus est Ioiakimi IV, per Nebusaradan com-

bussisse templum, cum ab expugnatione Urbis ad Templi exustionem unicus saltem fluxisset mensis.

- c) Ita *Berosus* in fragmento apud *Iosephum Lib. X. Antiquit. C. XI. Canon Ptolomaei et Eusebius*, sed in altero loco apud *Iosephum L. I. contra Apionem*, ubi hoc *Berosi* fragmentum repetit., uitiote pro XXI legitur XXIX, leui Librarii errore, pro *εικοσιεπτετης* scribentis, quod mendum satis antiquum esse, ex *Clemente Alexandrino* uidimus supra.
- d) Exemplo sint *Ios. Scaliger L. III. Canon. I-sagog. Dionysius Petavius in doctrina Temporum*, qui sua corrigit in *Rationario Part. II. L. III. C. IV. Sethus Caluifius, Hermannus Conringius, Aegidius Strauchius, Iacobus Perizonius*, ad meliora tamen reuersus. Quos omnes opinio fecellit, Iechoniam anno Capt. 37 ab Evilmerodacho post patris mortem ex carcere fuisse productum in aulam, de quo Ier. LII. 31. unde *Scaliger*, utut apud Genethliacos et Ecclesiasticos inuenierit annos Nabopollassaris XXI et Nabuch. XLII, numeros pro lubitu et magna audacia mutauit, et Nabopol. XXIX, filio Nabuch. XXX adscripsit.

XIII.

Verum longe facilior atque planior uia , tum ad demonstrandos annos IV , qui ad supplendum LXX annorum interuallum , si ab anno Nebucadnezaris primo rationes subducantur , in seruitute Babylonica quibusdam deesse uidetur , tum ad afferendum contra dissentientes quosuis duplex Nebucadnezaris initium nobis praesto est in Berosi fragmento ad Historiam sacram comparato. Ioiakimum uidelicet , cum Regi Babyloniae tribus annis obsequium praestitisset , quarto demum , ex quo eidem subditus esse cooperat , res nouas molitum fuisse , seque Satrapae rebelli iunxit , supra audiuimus , at annum istum rebellionis Nabopollassari fuisse emortualem , ex fragmento Berosi manifestum est , ut adeo dubium non sit , quin anno Iehoiakimi VIII Nebucadnezar , Patre mortuo , imperium demum suscepit , atque , quod sequitur inde , ex annis Nabopollassaris XXI seruituti isti LXX annorum quatuor ad eius implementum anni conueniant. a) Aliae hic

T 5

sunt

sunt rationes S. V. Buddei , *b*) qui, cum suam fecisset sententiam eorum , quibus unum est Nebucadnezaris in Historia sacra et Babylonica auspicium, annos captiuitatis, ut uocat, septuaginta, a Nebucadnezaris primo ad ultimum Nabonnidi dinumerandos, ex Historia Chaldaica colligere haud potuit, *c*) annis nimirum quatuor deficientibus. Quem defectum Vir doctus coniecturis tegere uult , *d*) ab indole huius Canonis plane alienis, quaeque si solidae sint satisque firmatae, ad fidem eius omnem negandam, solae sufficiunt.

a) Instituamus nunc calculum :

anni Nabopollassaris	-	4
Nabuchodonosoris	-	43
EUILMERODACH	-	2
Neriglissoor	-	4
Nabonnidi	-	17

70.

b) Vid. in *H. E. V. T.* Tom. II. Sect. V.
p. 757.

c) En eius laterculum :

Nebucadnezar, quem eodem in loco cum

Nabopol-

<i>Nabopollassare</i>	confundit,	regnauit	an-	
<i>nos</i>	-	-	-	43
<i>Eulmnerodach</i>	-	-	-	2
<i>Neriglissor</i>	-	-	-	4
<i>Laborosoarchad</i>	-	-	-	9 Menses
<i>Nabonnidus</i>	-	-	-	17

Summa inde emergens annorum 66 est et 9. mensium.

d) Ita habent eius uerba: *Cum uero haud dubie in calculo isto Canonis Ptolemaici atque Berosi subinde anni inchoati positi sint pro completis, et post captam a Cyro Babylonem urbem aliquot anni effluxerint, priusquam plenam Monarchiam obtineret, exsurget inde tandem numerus annorum LXX.* Calamo forte nimis festinante scripsit Vir Summe Venerabilis: *annos inchoatos positos fuisse pro completis*, cum hac ratione annorum summa magis adhuc imminuatur, anni enim omnes in Canone Ptolomaei etiam ipsi Viro docto sunt solidi, ut adeo coniiciam id dicere uoluisse eundem: annos inchoatos a Ptolomaeo et Beroſo fuisse omissos. Qua tamen conjectura non modo, sed et altera, qua nouem Laborosoarchodi menses anno Neriglissoris quarto iam inclusos separatim iubet numerari, characteres huius Canonis coelestes ualde turbat.

XIV.

Alia quidem, sed parum felici ratione rem hanc tentauit Iacobus Perizonius, qui post Petaium Vsseriumque *a*) mutata, quam ante fouebat sententia, ueteres Iudeorum calculos *b*) reuocauit, et Nebucadnezari non annos XLIII sed XLV, idque propter locum Ieremiae Cap. LII. 31, quo et altera dissentientium pars innititur. Cum enim Iecho-nias anno captiuitatis suae XXXII, E- uilmerodachi primo ex carcere liberatus dicatur ibidem, idquid post Nebucadnezaris mortem, de quo nihil quidem Ieremias, factum esse, communis ferat sententia, Perizonius noster additis VIII annis, qui ab initio Nebucadnezaris ad primum captiuitatis elapsi sunt, facile exinde Nebucadnezaris annos XLV colligit. *c*) Discrepantiam uero duorum annorum, quae inter computum annorum Nebucadnezaris sacrum et profanum intercedit, duplex initium eiusdem statuendo, haud difficulter tollit, alterum que anno Iehoiakimi quarto, alterum Iehoiakimi sexto collocandum esse censet: Sed quid tandem cum Syn-

chro-

chronismis huc usque adstructis? Quos supra explicauimus annos XXX apud Ezechielem C. I. i. duobus additis augere uult, mox tamen ad obscuritatem eorum confugiens, illos sibi non obstat contendit. *d)* Seruitutis deinde annos LXX, Vsserianam secutus hypothesin ita dinumerat, ut Ier. C. XXV. 12. aperte refragetur, *e)* cumque eidem ex nostra sententia numerati, annalibus Tyriis confirmantur, ex iis duos annos, uel per corruptionem, uel per interregnum quoddam excidisse suspicatur. *f)* Quae omnia, prout animum hypothesi seruentem produnt, quamuis sola ualeant ad dubiam reddendam Viri docti hypothesin, ex alio tamen charactere, quem supra iam in usus nostros conuertimus, ea luculenter conuellitur. Si enim ab Anno P. I. 4124, quo destruta est Vrbs, annos LXX desolationis ex Propheta Zacharia numeres per hanc Perizonii Chronologiam non ad annum Darii secundum, ut uult Propheta, sed ad quartum peruenies, ut apud ipsum Vsserium diserte legitur, *g)* quod indicio est turbatae per defectum duorum

rum annorum Chronologiae sat manifesto.

a) Vid. Petavius l. c. Vfferius in *Chronologia Sacra*, *Annalibus subiuncta Part. II. Thesi VI.* p. 85. Perizonius uero, quae contra Petavium in *addendis ad Origines Babylonicas* pag. 358. sq. disputauerat, in *Origg. Aegypt. C. XXIII.* p. 439. reuocat.

b) Vid. *Chronicon Hebraeorum maius C. XXVIII.* p. 87.

c) l. c. p. 431. - 440.

d) p. 433.

e) Notanter Propheta finem regni Babylonici et Seruitutis coniungit: *et completis his septuaginta annis uisitabo super Regem Babelis*, sed Perizonius et Vfferius addunt duos annos Darii Medi, p. 439. ita colligit annos Perizonius:

Nebucadnezaris	-	45
Euilmerodachi	-	2
Neriglissooris	-	4
Nabonadii	-	17
Darii Medi	-	2

70

f) Cap. XXIV. p. 484.

g) In *Annalibus ad Annum Mundi 3487.* p. 87. sq.
Etiam

Etiam *Iob. Drusius* ad h. l. in defectu peccat, monens, septuagesimum annum uocari, qui tantum erat LXVIII, uideri igitur abesse circiter, aut aliquid tale, sed et solitum hebreis, hoc modo numerum rotundum pone pro aliо, qui ad eum proxime accedat. Addit: *Ex his difficultibus nunquam se extricabunt, qui hos annos numerant ab initio excidii Babylonici.*

XV.

Duo tamen adhuc expedienda restare, nemo non uidet, primo enim locum hunc Propheticum ab Usserii detorsione tutum praestemus, deinde quoque dubium, quod Perizonium aliquosque in errorem induxit, submoueamus, oportet. Ad prius quod attinet, abutitur Chronologus ille doctissimus *a)* alio Zchariae loco C. VII. 1, ubi existimat, eundem septuagesimum desolationis annum ab ipso Propheta cum anno Darii IV connecti, eamque ob causam chronologiae suae, ab excidio Vrbis ad IV Darii septuaginta annos numeranti, multum tribuit. Quae uero, quamuis speciosa sint, si curatius expendamus, hos LXX Ieiuniorum annos non ab ipsa Vrbis

Vrbis desolatione, sed a primo, quod eius memoriam renouabat, ieunio exordiendos deprehendemus, ut hac ratione anno Darii tertio exeunte septuagesimus a primo ieunio annus elapsus *b*) et quarto ineunte Sharetser et Rghem-Melech de eodem continuando Prophetam percontati, dici queant. Init autem quartus ille Darii annus uergente ad finem anno P. I. 4195, quo quidem in Canone Ptolemaico adhuc Darii tertius currebat, nullo tamen nobis impedimento, ut ex Canonis huius indole facile ostendimus, de asserto uero nos dubitare non permittit ipse Zacharias, qui C. I. I. mense Sacro VIII, qui citra controversiam in A. P. I. 4193 incidit, iam annum Darii secundum numerat, *c*) iste uero iuxta Canonem est eiusdem primus. Scilicet Canon Nabonassareus ad uitandos propter characteres coelestes annos incompletos non prius Regum annos notare solet, quamuis anno praecedenti currente iam coepirint, quam in capite anni Nabonassarei sequentis, quae ratio est, quod Regis Babylonici, qui initium anni Nabonassarei

nassarei non attingit, nulla in Canone fiat mentio. Quos igitur excidii et ieiuniorum LXX annos suis temporum notis distinxit Propheta, nec nos cum Vfferio confundamus, sed priores anno Darii secundo finiri arbitremur. Quid denique de charactere chronicō liberati ab Eulmerodacho Iechoniae, unico rationum Perizonii praefidio, sentimus? Cum coniecturas hic sequantur Viri docti cum Perizbnio plures, ex iisque totam chronologiam, omnesque Synchromismos turbent, statuentes post Patris, Nebucadnezaris, mortem Iechoniam ab Eulmerodacho uinculis fuisse solutum, praeter Ieremiam quidem, nos illis opponimus analogiam historicam, infra explicandam uberioris, ubi tempore alienatae a Nebucadnezare mentis Eulmerodachum regnum administrasse et Iechoniae libertatem reddidisse probabitus, quam sententiam maniae uerum tempus et ueterum Iudeorum traditio, infra adducenda, apud idoneos harum rerum iudices facile tuebuntur.

a) Vid. *Vfferius l. c. Anno Darii IV. mensis IX. Chislev die 4 Iudaeis, per Sareferem et Rbe-*

gen-Melechbum de ieiunio V mensis, ob Urbis et Templi excidium instituto Sacerdotes et Prophetas consulentibus, Deus ieiunia illa V et VII mensis, per LXX annos ab ipsis obseruata, sibi minus grata fuisse respondet Zach. VII. 1. 14. A dicto uero excidio et caede Gedaliae, quae VII mensis ieiunio occasionem præebuit, post bimestre spatium illud subsecuta usque ad praesens tempus 70 annos cbronologia nostra exhibet.

b) C. VII. §. Propheta ait : *Cum ieiunastis et plangendo in quinto et in septimo, et hoc LXX annis. Ex quibus apparat, Iudeos septuaginta annos anniuersarium ieiunium celebrasse in excidii memoriam, quod pertinet ad Mensem V anni P. I. 4124, primum igitur ieiunium fuit A. P. I. 4125, cui si addantur LXX ieiuniorum anni, pertingunt illi ad Annum P. I. 4195, quo in Canone Darii tertius currebat.*

c) *Annus ab Urbe destructa septuagesimus anno P. I. 4194 medio finitur, cui in Canone annus Darii secundus, eodem Januario mense coepitus, exacte respondet, octauus igitur mensis anni Iudaici sacri, nisi secundam Prophetæ uisionem mense undecimo ipsi oblatam, de qua u. 7. extra annum Darii secundum siue annum P. I. 4194 reiucere uelis, colloquandus est omnino in annum Julianum*

4193 praecedentem, quo quidem Propheta iam numerat annum Darii secundum.

Accipe melioris distinctionis atque perspicuitatis ergo obscurissimae huius Chronologiae laterculum sequentem:

Anno P. I. 4124 destructa est Vrbs.

4125 primum in huius excidii memoriam iejunium coepit celebrari.

4193 Mense VIII iam notat Propheta Darii secundum LXXmo excidii currente.

4194 qui est Darii secundus in Canone, medio finitur LXXthus excidii.

4195 ieuniorum septuagesimus finitur et mense IX, quo Propheta iam numerat Darii IV, ueniunt ad Prophetam interrogantes.

4196 Canon Ptolomaei annum Darii IV notat, anno praecedenti iam coeptum.

XVI.

Nebucadnezar uero, ad quem Babylonicum imperium, Patre Nabopollas-fare mortuo, dum haec geruntur, per-

uenerat, qui de magnitudine rerum gerendarum per somnium diuinitus fuerat monitus, *a*) bellum contra Iudeos strenue renouabat, qui res suas, in peius magis magisque ruentes, refecturi, filium Ioiakimi Ioiachin uel Iechoniam Regem sibi fecerant. At ille Babylonii, Hierosolymam iam obsidentis, impetum non sustinens, cum matre et multis Principibus Viris urbe egressus, Victoris arbitrio se urbemque permisit, cum regni habenas per tres saltem menses et dies decem tenuisset. Nebucadnezar uero eundem postea cum omni populi flore in captiuitatem abire iussit, et Zedekiam in eius locum suffecit, qui finis erat belli iudaici secundi. *b*)

a) Dan. II.

b) 2. Reg. XXIV. 8. sqq. 2. Chron. XXXVI. 8. sqq. Ierem. XXXVII. 1.

XVII.

Summe notabilis est circumstantia temporis, quo Iechoniae abductio facta est, ex qua solutio plurium dubiorum dependet, sed neglecta a Chronologis ut plurimum, uel parum intellecta. *An-*

no uertente, inquit Sacer Scriptor, ^{a)} misit Nebucadnezar etc. quod proximus uerborum sensus ita iubet accipi, post anni decursum, ex quo imperare coepit Ioiachin, missos fuisse a Nebucadneza-
re, qui abducerent eum cum thesau-
ris sacris, in domo Dei repertis. Ni-
titur haec explicatio, quamuis per se
clara sit et euidens, comparatione an-
norum Zedekiae et captiuitatis, quae in
sententias prorsus contrarias abripit Vi-
ros doctos, sed ex hoc charactere faci-
le conciliandos. Regnauit Zedekias,
ut luculenter testatur Ieremias Cap. I. 3.
annos XI solidos, finiit enim annum
undecimum cum cum ipso Vrbis exci-
dio siue Nebucadnezaris XVIII, qui ei-
dem exacte respondet. Quando igitur
2. Reg. XXIV. 12. de Nebucadnezare di-
citur, quod Ioiachin abduxerit anno re-
gni sui VIII, id anno Zedekiae primo fa-
ctum esse intelligimus, et quidem ad fi-
nem uergente, quod in primis firmari
potest ex charactere principe, qui rem,
ni uehementer fallor, conficit apud E-
zechielem C. XXVI. 1. ubi Propheta Ty-
ro, de excidio Hierosolymorum gau-

denti, interitum minatur, anno captiuitatis XI die I mensis I. *b*) Cum enim sub finem anni Zedekiae XI, mense IV capta sit Vrbs, non intelligo, qui sub initium anni sequentis sacri Propheta annum adhuc undecimum captiuitatis numerare potuerit, si idem sit annorum Zedekiae et captiuitatis initium, non uero unum ab altero spatio fere unius anni sciunctum, ut uult Sacer Scriptor in Chronicis. Sententiae nostrae quoque lucem affundimus ex eiusdem Ezechielis C. XL. u. 1. ubi Propheta die X mensis primi coniungit annum captiuitatis XXV et Vrbis captae XIV, coepit ergo die X mensis primi A. P. I. 4138 captiuitatis annus XXV, exeunte mense eiusdem anni sacri quarto desolationis XIV. *c*) Ex altera uero hypothesi, quae XI annos captiuitatis ante desolationem numerat et ideo Anno P. I. 4137 iam habet annum captiuitatis XXV, die X mensis primi in eodem anno Iuliano currebat adhuc desolationis XIII, neutquam uero XIV, qui mense demum quarto coepit.

a) 2. Chron. XXXVI, 10. conf. 2. Reg. XXIV. 12.

b) E-

b) Evidem in ipso textu mensis indefinite nominatur, non addito primo, sed dubium non est, quin pro consueto hebraismo subintelligendus sit primus, conf. Ezech. XL. I. Ier. LII. 31. etc. *Sanctius* coniicit, mensem a Scriptore S. praeteritum fuisse, qui funestus patriae fuerit, subintelligit enim ille mensem quartum, sed recte obseruat *Salianus* Tom. IV *Annalium* ad A. M. 3446 n. 25. p. 369 eodem modo et potuisse annum undecimum diemque nonum omitti.

c) Ordo temporum ita habet:

A. P. I. 4113 imperfectus est Ioiakim et filius Iechonias post trium mensium et X dierum imperium urbem Nebucadnezari tradit, Mense IV anni sacri succedit Zedekias, Nebucadnezaris septimo adhuc currente, secundum Ieremiam.

4114 non longe ab initio anni sacri incipit captiuitatis primus, currente Nebucadnezaris VIII et Zedekiae I.

4124 medio finitur Zedekiae undecimus et Vrbs capitur.

4125 Vrbis captae I. Ezechiel contra Tyrum uaticinatur captiuitatis XI.

4138 die X Mensis I; incipit annus

captivitatis XXV , finitur mense
IV sacro desolationis XIV.

XVIII.

Quod uero de annis Zedekiae undecim solidis diximus , temperamento quodam accipiendum est. Non enim contra Chronologos doctissimos Tornielium , Salianum , Scaligerum , Petauium , Vfferium aliasque , annos captiuitatis Iechoniae apud Ezechielem annis Zedekiae respondere , negamus , id quod locus Ezech.C. XXIV. 1. coll. 2. Reg. XXV. 1. tam aperte loquitur , ut dubitationi locus non sit , sed cum uideamus , Viros doctos in partes scindi , et quamlibet partem , quod alteri tanquam inexplicable obuertere possit , habere , opera danda fuit , quo in concordiam data biblica reuocentur omnia. Proximam uero ad eam nobis reperisse uidemur uiam , si , bona Sacrorum Scriptorum uenia , statuamus , Nebucadnezarem , tradita urbe , redditum in Babyloniam meditantem , Regem designasse Zedekiam , et post revolutionem anni , ex quo coeperat Iechonias , misisse quosdam , qui Iechoniam

am adducerent, et hac occasione regnum Zedekiae, pacta subiectionis conditione, plene tradidisse. Quibus praestitutis, intelligemus nunc Prophetam Ieremiam, qui annos undecim solidos Zedekiae tribuit, cum expugnatione Vrbis finiendos, nec refragabitur computus annorum Zedekiae publicus, apud eundem Prophetam *a*) et Ezechielem in primis obuius, qui altero Ieremiae computo C. I. 3. unius fere anni spatio minor est, et ab initio captiuitatis, quo confirmatus est in regno Zedekias, consurgit, ab eo quoque pendet uera anni XI apud Ezech. C. XXVI. 1. intelligentia.

a) Rem omnino ita se habere, ex pluribus exemplis statim afferendis patefiet. Fallitur ergo *Hermannus Conringius*, qui rem ex parte uidit, quando perpetuam in computatione annorum captiuitatis Iechoniae Ieremiam et Ezechielem inter statuit differentiam *Aduers. Chron. C. XIV.* Obiter tamen notandum uenit, in computatione annorum captiuitatis Iechoniae uideri Ieremiam et Ezechielem uno anno differre. Etenim, secundum Auctorem historiae sacrae Regum et Ieremiam primus ille Iechoniae incidit in annum undecimum siue ultimum

timum loacimi, secundum autem Ezechiem primus ille est item primus Zedekiae, ceu patet conferentibus Ezech. C. XXIV. 1. cum C. XXV. Lib. IV. Reg. V. 1. indubie, quoniam in confinio regni et loachimi et Zedekiae istae et Iechoniae captiuitas contigerit.

XIX.

Iosephus Iustus Scaliger eleganter obseruauit, a) annum P. I. 4124, quo cedit Hierosolyma, Sabbathicum fuisse, coepto Sabbathismo illo in autumno anni praecedentis 4123, idque ex C. XXIX Ezechielis probare studuit, ubi per annum XXVII. u. 17. nude positum ad cyclum Iobelaeum respectum haberi, eundemque anno Captiuitatis X. u. 1. iungi existimat. Subducto igitur secundum Iobeleorum et Sabbathismorum cyclum calculo ab anno ἡληγεχίας Israëliticae hunc ipsum annum P. I. 4124 facile inuenit Sabbathicum. Quamuis autem nos argumentum doctissimi Viri, cum sapiat hypothesis, Tyrum ante excidium Hierosolymae captam esse, falsissimam, nostrum facere haud possimus, superfunt tamen rationes aliae, quae idem

idem persuadent, et chronologiae nostrae magno sunt adiumento. Dabit eas Ieremias C. XXXIV. 17. ubi Deus, postquam annum Sabbathicum ex pacto quidem proclamauerant Iudei, rece-dente tamen ab Urbe propter Pharaonem Nebucadnezare, seruos et ancillas, ui legis manumissos, iterum sub iugum traxerant, uoce iudicali per Prophetam populo significat, annum hunc nihilo minus Sabbathicum fore, gladio, peste, fame cuncta uastantibus. Aduerti hic in primis meretur, quod Iudei, spe auxilii Aegyptiaci freti, uotum dissoluerint, haec enim circumstantia, si comparetur ad Ezech. C. XXIX. 6, ubi contra Pharaonem fidei uiolantem uaticinatur Propheta, non modo explicat characterem temporis u. 1, b) ipsumque uaticinium IV ante expugnationem mensibus editum fuisse ostendit, uerum etiam clarissime docet, a captiuitatis initio ad casum urbis non undecim, sed de-cem annos solidos esse numerandos.

a) *Lib. III. Canonum Isagog. p. 288. sq. adde Animaduersiones ad Eusebium N. 1427 p. 82. sq. Quae hic aduersus Scaligerum monet Cam-*

Campegius Vitrina, ex fauore in sententiā Vſſerianam, quām sequitur ille, profecta esse, non dubito. Ita ille ad Cap. XXXVII *Esaiae Tom. II. Commentarii* p. 388. inquit: *Hypothesis Illustris Viri de undecimo Zedekiac, ut Sabbathico, certo demonstrari nequit ex Ier. XXXIV. 8. - - - quod enim ibi legitur de manumissione Seruorum, factum est extra ordinem per poenitentiam officii superioribus annis Sabbathicis neglecti, qua de re feliciter disputat Jungmannus in Danielem.* Verum, si *Seſbi Caluſii* regulam in compendis annis Sabbathicis cum Aera Nabonass. quam supra iam nostram fecimus, in partes uocemus, atque in iis, quae de nexu annorum Nabonass. cum Historia sacra modo attulimus, consistamus, apparebit, parum feliciter contra *Scaligerum* disputasse *Jungmannum*. Annus enim excidii Hierosolymitani est annus Nab. 158, cui si adiiciatur ternarius, emerget annus 161, qui per septem diuisus, cum nihil residuum habeat, annum hunc Nabonass. Sabbathicum, clare demonstrabit.

b) Annus est Captiuitatis X mensis XII dies X, currente iam anno P. I. 4124.

XX.

Si paululum ab anno Sabbathico excidii regrediamur, commode sese offert chara-

character chronicus apud Ieremiam C. XXVIII. 1. ubi mensis V anni Sabbathici IV confertur cum initio Zedekiae, quod fieri non potuisset, si Ieremias semper tribuerit Zedekiae annos XI solidos. Cum enim annum excidii siue A. P. I. 4124 Sabbathicum fuisse, modo firmatum sit, per se patet, annum hunc Cycli Sabbathici IV coepisse in autumno Anni P. I. 4113 finitumque fuisse A. P. I. 4114, ad quem igitur Annus Zedekiae primus refertur. Ab hoc uero, ut euidentis est, ad annum excidii non decem, sed undecim anni solidi fluxere. Ut rem ulterius euincamus, et argumentum aliud ex Ier. XXXII. 1. adiicimus, ubi Nebucudnezaris annus XVIII, quo ad finem tendente secundum eiusdem Ieremiae C. LII. 29. capta est Vrbs, cum anno Zedekiae X, siue, quod idem est, captiuitatis X comparatur. Si uero altera hypothesis uera esset, quae annos XI numerat ad desolationem, cum XI Zedekiae iste Nebucadnezaris annus coniungi debuisset.

XXI.

Eo igitur res adducta uidetur, ut a
con-

contradictione, stante hac hypothesi, quod Iechonias statim post traditam Nebucadnezari urbem abductus fuerit, Ieremias liberari non possit. Quamuis enim uel cum Scaligero annos Zedekiae decem solidos, uel cum Vfferio undecim tribuere uellemus, utroque tamen difficultatibus grauissimis non erimus soluti. Evidem ex sententia Scaligeri, cum annus excidii primus et Captiuitatis XI concurrant, facilis est explicatio Ezech. C. XXVI. i. aliorumque characterum, quos produximus in antecedentibus; uerum, dum Eusebium reprehendit iste Vir doctus, *a*) qui ductu Ieremiae annos Zedekiae undecim adscripsit, dignam a Iac. Vfferio expertus est censuram. Videntur etiam ob causam eandem Scaligerum deseruisse Petauius, Grotius, Strauchius, *b*) quorum ultimus captiuitatis initium, quod Scaliger in annum P. I. 4114 posuit, reicit in annum 4113, et proinde a captiuitatis exordio ad Vrbis desolationem numerat annos Zedekiae XI completos. Idem Vir doctus obseruat annum Zedekiae prium iuxta morem Scripturae, non a uero, quo Zedekias cooperat, initio, sed a Nisan

proxime sequenti debere computari, unde constare possit, quare currente iam undecimo in sacris adhuc numeretur eius decimus. Quae quidem ingeniosa esse, fateor, multumque Scaligerum iuare, sed uereor, ut solida satis sint, aliisque idoneis exemplis possint confirmari. Manet enim quaestio de annis captiuitatis, quae hic locorum propter Ezech. C. XXVI. I. potissimum in controversiam ueniunt, at illi cum annis Zedekiae prorsus conuenire debent. Si quis dicat, et eos ordiendos esse a Nisan sequenti, quae siuerim, quare non anno post captam urbem sequenti 4125 in Nisan annum captiuitatis XII, sed XI notet Propheta.

a) In *Prolegomenis ad Thesaurum Temporum et in Animaduersionibus ad Eusebium* n. 1426 p. 82, quā de causa ipsum notat *Vsserius* in *Chronologia S.* p. 82 n. 1.

b) In *Breuiario Chronol.* Lib. IV. C. XXII. Qu. I. p. 534.

XXII.

Omnes autem difficultates, a quibus se liberauit Scaliger, in se denoluit Iacobus

bus Vsserius, atque adeo Charybdin uitaturus incidit in Scyllam, quando pro annis Zedekiae X substituit XI, *a*) eodem quamuis, quo Scaliger, primo falso innixus. Mirum est, quod doctissimus ille Chronologus non melius persperxerit cohaerentiam Textus et Chron. XXXVI. 10. et uerba haec: *uertere anno*, de tempore intellexerit, ex quo prior missus fuerat exercitus, Iehoiakimum infestans, de quo et Reg. XXIV. 2. *b*) Quo charactere eluso, non potuit non sequi durior explicatio, quam nobis obtrudit *c*) in loco Ezech. C. XXVI. 1. quaeque iam aliis placuit *d*) ex eodem errore. Non enim de ruina et desolatione Vrbis iam facta, ut ait Propheta, Tyrum exultasse asserit, sed de miserando eius, utpote a Nebucadnezare iamiam capienda statu futuro, quasi ex diuinatione praesciuerit Tyrus, quae futura sint Hierosolymae fata, cuius a Nebucadnezare liberandae spem paulo ante eius excidium fecerat Rex Aegypti. Aliud omnino nos sentire iubet et res ipsa et temporis praecipue character, satis, ni fallor, ex aliis illustratus. Ex hoc fonte

fonte manarunt quoque errores isti chronologici, quos circa annum XVIII Nebucadnezaris, cum ipso excidio necessario propter Ier. Cap. LII. 29. connectendum, et circa characterem anni Sabbathici, quo decimus tertius Hiskiae et annus excidii insigniuntur, admisit Vſſerius. Nec immunis ab illis esse potuit S. V. Buddeus, qui nostram explicationem loci 2 Chron. XXXVI. 10. conceptis uerbis abiecit, aliamque substituit, quasi summatim de toto Nebucadnezaris bello locutus fuerit hoc in loco Sacer Scriptor, dixeritque, circa initium noui anni exercitum Nebucadnezaris ad urbem accessisse. e) At chronologiae non exiguum damnum hac exegesi intulit Vir doctus, quam si de abductione Iechoniae uerba Sacri Scriptoris, ut sonant, accipiantur, non impedit, sed iuuat explicatio ^{תְּזִים} לְהַשׁוֹבָת הַשְׁנָה de initio noui anni, siue de reditu anni, ut captiuitatem ipsam, quam Vir doctus ad A. P. I. 4113 retulit, non possimus non statuere Anno 4114, cum urbem a Nebucadnezare, hac uice, mense anni sacri quarto captam fuisse, certissimum sit.

- a) In *Chronol. Sacra* p. 83. lqq.
- b) In *Annal. ad A. M. 3405.* p. 67.
- c) Ad *Annum 3416.* p. 71.
- d) *Hieronymus de Prado*, doctores Iudeos sectus ipsis Prophetae uerbis inhaeret, male tamen in rem suam conuertit, quod mensem non diserte nominauerit Propheta, pro lubitu igitur in Textum inserit mensem V, ab Urbe capta secundum, quo Tyrus de Urbe capta certior fuerit reddita, ita etiam *Grotius* in notis ad h. l. *Salianus* uero cum cerneret, mensem illum quintum pertinere ad duodecimum Zedekiae currentem, eumque extra annum undecimum esse, hanc conciliationem abiecit, et aliorum expositionem de primo uel quarto mense, ut uolunt *Tornelli* et *Sacius* suam tecit, Tom. IV *Annalium ad A. M. 3446.* n. XXV. p. 369.
- e) In *H. E. V. T. Tomo II. Sect. IV. §. XXVII.* p. 574. Evidem Viri doctri Exegetis philologice ueram esse posse, propter locum parallelum 2 Sam. XI. 1. facile admittimus, sed *Ezechielem* C. XXVI. 1. cum rationibus suis aegre conciliabit ille. Phrasis igitur haec, *in redditu anni*, quae latinius habet, *anno uertente* etiam *decursum anni integri* notat. Ita apud *Homerum Odyss.* λ. χαῖρε γύνη Φιλότητι, περιπλομένη δ' ἐνιστῶ τέξεις αὐγλαῖα τέκνα: *gaude mulier amore, uertente autem anno,*

anno, paries iucunavos liberos. Cornelius Ne-
pos in Agesilau C. IV. quod iter, anno uer-
tente, Xerxes confecerat, hic transit trigin-
ta diebus.

XXIII.

Deuenimus tandem ad bellum Nebu-
cadnezaris Iudaicum tertium. Zedeki-
as enim, quamuis sacramenti religione
a) obsequium Nebucadnezari confirmas-
set, uanis Pseudo-Prophetarum persuasio-
nibus et spe auxilii, a Pharaone Hophra,
cum quo foedus inierat, impetrandi, b)
sollicitatus, nihilominus deficiebat. Quod
seuere uindicaturus Nebucadnezar, an-
no Zedekiae IX c) P. I. 4123 ineunte hie-
me, exercitum Vrbi admouit, eamque,
impeditus licet a Pharaone Hophra, sub
specie auxilii ferendi superueniente, post
octodecim mensium obsidionem cepit,
et funditus deleuit, d) quod factum est
Anno P. I. 4124, a Templo exstructo
428 ante primum Cyri siue captiuitatis
finem 52. Regem autem fuga, qua sa-
lutem quaesuerat, interceptum, oculis-
que priuatum, Babylonem abduxit, et
residuae incolarum manui, post unam

alteramque deportationem *e*) satis exiguae, Gedaliam praefecit, a perfidis quibusdam mox interemptum. *f*) Quinto tandem post excidium anno, *g*) reliquiis Iudeorum, qui sub Templum subuersum Hierosolymis manserant, nec Aegyptum petierant, deportatis, feralem tandem exitum et toti bello et regno Iudaico imposuit,

a) 2 Chron. XXXVI. 13. Ezech. XVII. 13. sqq.

Eleganter huc refert nominis mutationem *Vsserius* in *Annalibus* ad A. M. 3405. Huic enim nominis impositione, quod iustitiam Domini significat, Nebucadnezarem de iusta Dei vindicta Zedekiam commonefacere, uoluisse, si pactum uiolaret, eruditus coniicit *Vsserius*.

b) Ezech. XVII. 15. sqq.

c) 2 Reg. XXV. 3. sqq. Ier. XXXIX. 1. Cap. LI. 4. Ezech. XXIV. 1. 2.

d) Leg. miserrimus Zedekiae status et Vrbis casus 2 Reg. XXV. Ier. XXXIX. Cap. LII.

e) Prior facta est in ipsa Vrbis expugnatione, ut uult Ier. C. LII. 29. altera anno Nebucadnezaris XIX ineunte, cum post unius mensis spatium Nabusaradan reueteretur, et reliquias populi abduceret, uid. Ierem. LII. 15. Mire hic nos turbat *Vsserius* ex hypothesi, quam

quam refutauimus §. XXII. Refert enim priorem abductionem, quae facta est anno XVIII Nebucadnezaris ad illud tempus, quo Aegyptiorum exercitum adtienisse, putat, eamque factam esse, statuit, duobus fere annis ante captam Vrbem in Annal. 3414. p. 70, cum tamen Propheta diserte testetur, ex ipsa Hierosolyma istos DCCCXXXII Iudeos fuisse abductos, quam igitur in potestate Nebucadnezaris, oportet, fuisse. *Vsserius* contra eos prius ad Nebucadnezarem, urbe nondum capta, defecisse, fingit, quam abducerentur. Sequitur eundem *Buddeus* in H. E. V. T. Tomo II. Sect. V. §. I. p. 755.

f) Ier. Cap. XL. XLI.

g) Ier. Cap. LII. 30. comp. XLIII. *Iosephus Antiqu.* X C. XI factum hoc esse, ait, anno ab Urbe capta quinto, qui erat Nebucadnezaris XXIII, quo tempore aduersus Tyrum tendebat Nebucadnezar.

Comparationem annorum Nebucadnezaris cum annis Ioiakim et Zedekiae, in Scriptura saepius obuiam, sequenti compendimus laterculo:

A. P. I. 4106 medio, Ioiakimi IV. uenit Nebucadnezar in Iudeam, quo primus eius incipit annus, sequenti finiendus Ier. XXV. I.

4112 medio, Iehoiakim X, incipit
X 3 Ne-

Nebucadnezaris VII, finiens
dus anno 413, quo occisus est
Ioiakim, Iechonias dignitate
regia motus et Zedekias Rex
declaratus est, eodem anno ab-
ductio facta, cuius mentio Iere-
miae C. LII. 28.

4114 medio, Zedekiae primo, fini-
tur Nebucadnezaris VIII, quo
abductus est Iechonias non mul-
tum ab initio anni sacri, uer-
no igitur tempore anni huius
Iuliani, conf. 2 Reg. XXV. 12.

4123 medio, Zedekiae X, incipit
Nebucadnezaris XVIII, qui de-
currit ad medium anni Iul.
4124, quo capta est Vrbs, Ier.
XXXII. i. coll. Cap. LII. 29.

4124 interiesto post captam urbem
spatio unius mensis, incipit XIX
Nebucadnezaris Ier. LII. 12.
Cessit autem Vrbs hostibus
mensis IV die IX, adeoque in
aestate.

4128 medio incipit Vrbis captae V
et Nebucadnezaris XXIII, quo
abduxit Nebusaradan reliquias
populi, Ier. LII. 30.

XXIV.

Si Fl. Iosephum hoc loco sequi uelimus, pugnam habebimus, quod ad auxilia aegyptiaca attinet, inter Scriptores Sacros et profanos manifestam. Ille enim hanc historiam ita tradit, *a*) quod Aegyptius, audito, in quibus angustiis esset Zedekias, foedere sibi iunctus, assumto ualido exercitu, Iudeam petierit, uolens obsidionem soluere, at Babylonium intermissa obsidione, obuiam illi profectum, eumque uno praelio uitum, tota Syria expulisse. Haec Iosephus, quem recentiores passim et hos inter *Iacobus Vfferius b*) atque Perizonius *c*) sequuntur. Scriptores contra profani Herodotus et Diodorus Sic: *d*) Apriens, qui citra controuersiam Pharao Hophra est apud Scriptores S. potentissimum et omnium ad eam aetatem Regum fortunatissimum memorant, qui Cyprios et Phoenices pugna nauali superauerit, spoliis hostium onustus, uictoria plenus in Aegyptum redierit. Evidem Aegyptii res suas ornare solent, cladesque acceptas dissimulare, quod

et hoc loco factum, coniicere quis posset, sed eandem Hophrae fortunam etiam in ipso Codice Sacro inuenimus, quo pertinet percussio Gazae Ier. XLVII. 1. et immanis huius Regis fastus Ezech. XXIX. 3, e) ut iam aduertit ipse Perizorius. Ut libere, quid sentiam, aperiam, commentum Iosephi est, Apriens a Nebucadnezare uictum esse, quod omni destituitur fundamento. Promiserat auxilia Aegyptius, speciem opis ferendae praebens, cum ualidissimo exercitu littora Palaestinae occupauerat, unde Nebucadnezar uiribus eius impar, metuens ab eo pericula, obsidionem soluere cogebatur, sed perfidum animum statim prodebat Aegyptius, cum re infecta in Aegyptum reuerteretur, urbemque Nebucadnezari redeunti relinquenter denuo obsidendum. Talia uult Ezechiel, qui Regem hunc superbum semel iterumque perfidia huius postulat, grauiterque in eum inuehitur, f) qui tamen, si uera dixit Iosephus, culpa uacabat. Nam ex eius mente fidem seruauit, suppetiasque tulit Vrbi a Nebucadnezare pressae, sed, aduersa fortuna in praelio usus, quo minus

nus Nebucadnezar uictoria aduersus Iudeos uteretur, impedire haud potuit. Quare ne in haec abscona dilabamur, rectius Iosephum deserimus, cui, nescio, qua ratione motus, fauet doctissimus Perizonius, g) utut clarum sit, Iosephum uix aliter sentire potuisse, semel relato ad tempora excidii Berosiano fragmento.

- a) Lib. X. *Ant.* C. X. p. 338.
- b) In *Annalibus ad A. M.* 3415. p. 70.
- c) In *Origg. Aegypt.* C. XXIV. p. 459 sq.
- d) *Herodotus* Lib. II. C. 161. et *Diodorus L. I.*
- e) Memorabilis in primis est locus *Herodoti L. II.* C. 169. ubi ait: *tam elato animo fuisse Apri-en, ut existimaret, neque Deorum, neque homi-num quenquam regnum sibi adimere posse*, quae ualde illustrant *Ezech. C. XXXVII. 3. sq.* uid. *Hugo Grotius ad h. l.*
- f) Cap. XXIX. 6. 7.
- g) l. c. p. 460. Iudeis enim, qui in *Seder Olam* C. XXVI. p. 75 prorsus ad mentem nostram: *Et copiae Pharaonis egressae sunt ex Aegypto - - bae autem Pharaonis copiae de-uastata Gaza, remigrarunt in Aegyptum, op-ponit Perizonius Iosephum, atque rem in medio relinquit.*

XXV.

Succedit in ordine rerum a Nebucadnezare gestarum excidium Tyri , cui , casum Hierosolymae impense laetanti , tristia fata praenunciauerat Ezechiel C. XXVI , quaeque , breui interiecto tempore , ut praedicta sunt , euenerunt , cum anno post excidium Hierosolymitanum quinto Nebucadnezar Coelesyriam bello peteret , Tyrumque post tredecim annorum obsidionem deleret . Cauie autem , putes , haec extra omne dubium posita esse , controversiae inter Viros doctos agitantur grauissimae de obsidionis tempore et exitu . Iacobus Perizonius ex circumstantiis modo allatis de obsidionis initio plane certos nos reddidit , a) luculenter rem attestante Fl. Iosepho , b) quem insigniter explicat Chronicon Iudeorum maius C. XXV. c) Idem laudatus Auctor iisdem rationibus ad oculum demonstrauit , quam longe a ueris rationibus absint Scaliger , Petauius aliquique , qui errore Librarii , apud Iosephum annum Nebucadnezaris VII uitiose consignantis , decepti , Tyrum

rum diu iam ante captam Vrbem obsideri coeptam paulo ante uel post eius excidium in potestatem Nebucadnezaris peruenisse, arbitrati sunt falsissime. Conuenitne Vrbi obseßae, eadem fata metuenti, tam magnum gaudium de casu alterius, prout Tyrus exultat de ruina Hierosolymae? Sed noua hic subnascitur quaestio chronologica, quamdiu Nebucadnezar in obsidione Tyri haeserit, difficilis admodum propter characterem Chronicum apud Ezechielem Cap. XXIX.

17. qui dubiae est apud Chronologos explicationis. Iosephus I. Scaliger, falsa, quam iam notauiimus, hypothesi imbutus, characterem hunc prorsus inutiliem praesenti negotio reddidit, quando eum de anno Cycli Iubilei currente accipiendum, statuit, *d)* Marshamum uero eius difficultate deterritum, plane eum intactum reliquisse, coniicit Perizonius, *e)* qui quidem ad ueram eius intelligentiam proxime accessit, eumque de anno Captiuitatis XXVII interpretatur, pugnam tamen subesse credidit Ezechielem inter et Scriptores profanos, dum secundum hos obsidio durauerit annos

annos tredecim, *f*) secundum Ezechielem uero annos undecim. Si enim obsidionis Tyriae initium statuas annum post Vrbem captam quintum, et dinumerando ad annum captiuitatis XXVII progrediaris ex hypothesi Perizonii anni colliguntur XI, non, ut profani uolunt, XIII, unde ut se expeditat, sententiam hanc de tredecim annorum obsidione, Annalium Phoenicum et Philostrati fide innixam, aut abiiciendam suadet, aut aliter explicandum Prophetam, quasi non de obsidionis fine iam facto, sed mox futuro, fuerit locutus. At non opus est tam duris remediis, cum rite institutis rationibus, quae a uero captiuitatis initio, supra a nobis firmato, dependent, facile ostendere queamus, nullam hic Ezechiem inter et Auctores profanos esse discordiam. Ponamus enim, ut res postulat, anno post Vrbem captam quinto P. I. 4128, et quidem mense Augusto coepisse obsidionem, anno autem Captiuitatis XXVII ad finem uergente *g*) factum esse de obsidionis exitu uerbum Dei ad Ezechiem, annus erat P. I. 4141 per se patet, inter-

interiuallum obsidionis, inde subducendum, esse annorum fere tredecim, quod erat in controuersia.

a) In *Origg. Babylonicas* C. VI. p. 76. sqq. et in *Addendis* p. 346. sqq.

b) Lib. I. contra *Apionem* p. 1046. *Septimo* siquidem regni sui anno *Nabuchodonosor* coepit obsidere *Tyrum*. cuius lectionem ita restituit *Perizonius*, ut pro VII legi iubeat XXIII ex *Antiqu. L. X. C. XI.* p. 345, quam lectionem confirmat ex *Ier. LII. 30*. Est, qui apud *Iobannem Hudson*, in recentissima *Josephi* editione, hunc locum ita legi uult: ἐβδόμῳ μὲν γὰρ ἔτει τῆς αὐτῆς βασιλείας ὁ Ναβυ-χοδονόσορος ἤρχατο κ. τ. λ. quamvis sine expressa Codicis auctoritate. Certe annus septimus non ad Nebucadnezarem, sed ad Ithobalum referendus est, cum Tyrios annales non Chaldaicos hic prae oculis habeat *Josephus*. Nec annus hic Ithobili septimus potest esse obscurus, quem per quintum excidii explicat ipse *Josephus*.

c) Iudei in *Seder Olam* C. XXVI. p. 77. quos *Josephum* saepius secutos, uice plus una obseruauimus, ita aiunt: *Anno XXIII Nebucadnezaris tradita est in manum eius Tyrus*. Quae procul dubio desumpta sunt ex *Antiquitatum L. X. C. XI.* ut sequentia docent, ubi *Josephus* de expeditione Nebucadnezaris in Coele-

Coelestyriam loquitur, sed Tyrum in manus eius hoc anno traditam non dicit, quam per tredecim annos obfessam, alio loco memorat. In uersione latina huius *Chronici* perperam legitur anno XIII pro XXIII בשנת עשר ופלש, quod non aduertit *Perizonius*, cui crucem sicut hic locus in *Origg. Aegyptiacis* p. 481. cum tamen magno sit emolumento eius rationibus. Eadem autem lectio non parum confirmatur ex ipsis Annalibus Tyriorum, retrogrediendo a XIV *Hiromi*, siue *Cyri primo*, si enim ab hoc abstractantur anni Regum et Iudicum et obsidionis tredecim, Annum P. I. 4128 habebis, quo coepit Nabuchodonosoris XXIII.

d) Lib. III *Canonum Isagog.* p. 288 et in *notis ad fragmenta* p. 50. quem sequitur *Aegidius Strauchi* in *Breuiario* p. 544. Obiicit *Strauchi*, hoc modo nullam χρονοτάξεως rationem habere Prophetam, qui Prophetiis anni X, subiunxit uaticinia anni XXVII, quem iterum uaticinia anni XII sequantur; sed respondemus, Ezechiele in morem Prophetarum consuetum obseruasse et uaticinia aduersus Aegyptum coniunxisse, ita quidem, ut hoc in loco de interitu Aegypti, quem elonginquo antea praedixerat, nunc instanti et proxime euenturo loquatur.

e) In *Origg. Aegyptiacis* C. XXIV. p. 473 sqq.

f) A-

f) Apud Iosephum L. I. contra Apionem p. 1046.

g) Quod uidere est ex charactere diei I. Memphis I. conf. locum parallelum Ezech. Cap. XXVI. 1.

XXVI.

Altera quaestio est de fatis Tyri captae et uaticiniorum Ezechieli sententias in quo demonstrando ita in contrarias sententias distrahuntur Viri docti, ut nostrum non sit, lites has componere omnes. Nihil moramur hic antiquos, qui, ut ait Hieronymus, a) huic historiae, hac ratione moti, contradixerunt, quod legentes graecas et barbaras historias, maxime Nicolai Damasceni, nihil de oppugnatione a Chaldaeis Tyriae Ciuitatis inuenerint, sufficient enim ex Profanis ipsi Phoenicum Annales et Philostratus apud Iosephum, testes locupletissimi. Maximum interpretibus iniecit scrupulum illud Ezechieli: Tyrum ita esse delendam, ut eius restituenda nulla spes supersit, cum tamen Vrbs haec Hieronymi adhuc tempore ita floruerit, ut omnium propemodum gentium commerciis frequentata fuerit. Felicissime omni-

omnium hunc nodum se soluisse, existimauit Ioh. Marshamus, *b*) Tyrum fuisse duplarem obseruans, unam in continente sitam, alteram uero insularem, de priori locutum fuisse Prophetam, et destructionem ueteris originem fuisse nouae. Placuit haec conciliatio Viris doctis haud paucis, nominemus ex recentissimis Iac. Perizonium, *c*) Henricum Mascampium, *d*) Ioh. Franc. Buddeum. *e*) Verum Hadrianus Relandus pro perspicacia sua facile intellexit, rem nondum in liquido positam esse et difficultates hanc conciliationem impedire haud paucas. *f*) Solidis ille primum argumentis Tyrum insularem diu iam ante Nebucadnezaris tempora extisse, asseruit, significante id ipsum Ezechiele, qui Tyrum uice plus simplici insulam nominat, in medio maris sitam, existimatque Vir doctus, hanc ob causam Tyro potius insulari, quam Palaetyro ea conuenire, quae ab Ezechiele de Tyro praedicuntur.

a) Vid. locum apud *Marshamum in Canone Chronicō p. 577.*

b) *I. c. p. 578.*

c) *In*

- c) In *Origg. Babyl.* C. VI p. 76. sqq. et p. 362
sqq. in addendis.
- d) In *Institutionibus historicis* Part. I. L. V. C.
I. Sect. III. p. 196.
- e) In H. E. V. T. Periodo II. Sect. V. §. 35.
p. 715.
- f) Lib. III. *Palaestinae* p. 1050 sqq.

XXVII.

Proinde dubium istud reuertitur, qua ratione Ezechielis uaticinium dici queat impletum. Relandus a) ex Abarbanele aduertit, morem esse Prophetarum, ut in uaticiniis suis ad propinquum simul et remotum tempus respiciant, adeoque Prophetias ad seriora tempora spectantes, inter alias, quae proxima tangunt, inueniri, quam obseruationem suo quidem relinquimus loco, nec huic negotio inutilem esse censemus, quando uero ad Tyrum hoc applicat Relandus, et Nebucadnezari quoddam saltem exitii initium, quod diuersis temporibus per gradus quasi appropinquaturum Tyriis minatus fuerit Deus, attribuit, subdubitamus, an rei ueritati et sibimetipsi satisfecerit Vir doctus. Certe rei euen-

tus aliud loquitur, quem si accuratius ponderemus, uidentur nobis Viri docti ab utraque parte defectu laborare, Marshamo Tyrum insularem ante Nebucadnezarem exstructam negante, Relando uero omnia ad Tyrum insularem restrin-gente, quasi nulla tunc Tyrus in conti-nente. Via igitur media incedamus, ita ut, quamuis aduersus Relandum non negemus, Tyrum insularem ante Ne-bucadnezarem fuisse, non penitus tamen Marshamum deseramus, qui per Nebu-cadnezarem Tyrum deletam fuisse, cum Ezechiele affirmat, sed quod probe no-tes, Tyrum ueterem, non insularem. Priusquam uero rei probationem ingre-diamur, tria praemonenda ueniant, pri-mo obseruamus Tyrum utramque et uete-rem et nouam unius eiusdem Vrbis apud Scriptores habere rationem, quod diser-te testantur Plinii *b*) et Scylacis *c*) insi-gnia loca, a quo prope abest Propheta, qui Tyrum modo in medio mari col-locat, modo eidem circumuallationes, machinas et equitatus Nebucadnezaris minatur, quae parum conueniunt Vrbi in insula exstructae, ut agnoscit ipse Re-lan-

landus. Secundo nondum satis probasse Relandum , Tyrum insularem hoc iam tempore ita fuisse exultam, ut Tyrum ueterem. Scylax pro more Geographorum ueterum, qui urbes saepissime describunt, non quales sua aetate, sed antiquo tempore fuerunt, in Insula regiam Tyrii Regis fuisse; ait, aliam uero Tyrum Vrbem portum habuisse intra muros, utrumque bene stare potest cum Ezech. Cap. XXVII. 3. C. XXVIII. 2. Tertio operam dandam esse, ut conspirent Esaias *d*) et Ezechiel , quorum alter Tyrum resuscitandam praedixit , alter uero ad perpetuas ruinas damnauit.

a) l. c. p. 1054.

b) L. V. C. XIX circuitum Tyri XIX M Pasuum definiuit, sed Palaetyro intra inclusu.

c) Locum habet Marshamus p. 579. *Alia Vrbs Tyrus portum habens intra muros (ipsa autem insula est regia Tyrii) et abest a mari stadiis III. Vrbs Palaetyrus, uocatur, quam fluuius medium perlabitur.*

d) C. XXIII. 15.

XXVIII.

Priusquam nunc ad scopum reuertamur, quid Tyro acciderit, quibusque

casibus defuncta fuerit, ex Historia repetemus. Tyrum ueterem Nebucadnezar haud dubie ui armata cepit, diruit, solo aequauit, id quod discimus ex Historia Alexandri M. cui, Tyrum insularem continentis iuncturo magnam uim faxarum praebuit Tyrus antiqua, *a*) desolata iam et in ruinis iacens, ut haud difficulter ex his colligitur. Qua uero ratione, Palaetyro expugnata, potitus sit insulari, non constat, Hieronymus insulam continentis, structo aggere adiectam statuit, a quo parum abest Relandus, nec inuito Ezechiele Cap. XXVI. 12. nisi haec longius, ad ipsa tempora Alexandri prospiciant. An uero ultima expectauerint Tyrii uel Nebucadnezari se tradiderint, quod coniiciunt ueteres, et inter recentiores Dion. Petauius *b*) et Iac. Vsserius, *c*) tuto quidem affirmare non possumus, non est tamen, cur illud cum Perizonio *d*) negemus, sane Vsserius eam non ui a Chaldaeis captam praedaeque expositam, sed ditione potius receptam ex Ezech. XXIX. 18 colligit, quod, si de sola Tyro insulari intellegatur, admitti potest, de Palaetyro enim

enim omnino aliter sentiendum est. Nebcadnezar traditae insulae iure clientari praeesse iussit Baalum Regem, cuius successores ordine recenset Iosephus, eosque Babylone subinde euocatos, ex Phoenicum annalibus memorat, manifesto Subiectionis indicio. Sub his igitur et Persicis Regibus Tyrus insularis, pace cuncta refouente, acquieuit, donec Alexander M. ^{e)} eam post VII mensium obsidionem captam, igne ferroque uastaret. Tandem et post hoc excidium renata, a Turcis penitus excisa, maris ludibrio cessit, ita ut undis fere obruta hodie, exigua uel nulla sui uestigia reliquerit, atque adeo non meruerit ambitiones titulos, ^{f)} quos gerit in marmoribus et numis: ΤΥΡΟΥ ΙΕΡΑΚ ΚΑΙ ΑΣΤΛΟΥ, *Tyri sanctae et inuiolatae.*

a) *Curtius Lib. IV. de Rebus Alexandri M. C. 2. §. 18*

b) *De Doctrina temporum Lib. IX. C. LXIII.*
cum quo Grotius eadem sentit ad Ezech. C. XXVI. 4.

c) Ad A. M. 3432 p. 73.

d) In *Origg. Babyl.* p. 79. sq.

e) Vid. *Curtius L. IV. C. II.* sqq. aliisque.

f) Ita incipit Marmor quoddam apud Gruterum p. MCV.

ΤΥΡΙΩΝ. ΤΗΣ. ΙΕΡΑΣ. ΚΑΙ. ΑΣΤΛΟΥ.
ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. ΜΗΤΡΟ ΠΟΛΕΩΣ.
ΦΟΙΝΕΙΚΗΣ. ΚΑΙ ΑΛΛΩΝ. ΠΟΛΕΩΝ.
ΚΑΙ. ΝΑΟΥΑΡ ΧΙΔΟΣ

Eandem inscriptionem *Tyri sanctae et inviolatae* praeferunt numi apud Ezechielem Spanhemium, Ioh. Vaillantium, Henricum Norisium, qui uideatur de *Epochis Syro-Macedonum* Dissert. IV. C. III. p. 386 sqq. Eius hoc loco meminimus propter Ezech. Cap. XXVIII. 2.

XXIX.

Comparemus nunc Ezechielem. Ille postquam Cap. XXVI generatim exposuisset, fore, ut Tyrus, casum Hierosolymae tanto gaudio excipiens, per multas gentes excindatur et abradantur omnia eius cum puluisculo, sitque tandem rupes deserta, et siccatio Sagenarum in medio maris, mox ad Nebucadnezarem eodem Cap. u. 7 pergit, quaeque ab eo expectanda sint mala, praeedit, deinde et inter hostes Tyri ipsum mare numerat, a) cuius antea Domina fuerit illa, iam uero absorbenda, et flutibus

Etibus ueluti tumulanda. Capite sequenti XXVII ruinam Tyri in introitu maris habitantis, et cuius termini non terra, sed maribus contineantur, b) cuiusque magna fuerit opum uis et rerum potestas, mandato diuino lamentatur, et Cap. denique XXVIII iterum Tyriorum Regi, de diuinitate quadam superbienti, exitium, caedem et ultima minatur. In quibus nihil est, quod nos cogit, ut cuncta de una eademque Tyro praedicta, uel uno eodemque tempore impleta fuisse, sentiamus, sed, praestructa distinctione Tyri in ueterem et nouam, facile suum cuilibet tribui, et, quod de utraque Propheta praenunciauit, suo, quod euentus docuit, tempori accommodari. Qua ratione quoque bene convenit Esaiae cum Ezehiele, qui Tyrum non quidem antiquam, sed insularem ad pristinam fortunam reddituram, promittit, quod de Tyro ueteri negauit Ezechiel. Probe iam id obseruauit inter Iudaeos Doctores Dauid Kimchi, quem excitauit Abrahamus Calouius, c) Tyrum rursus aedificatam fuisse non eodem sed alio loco.

a) Non dubitamus, quin u. 14. pertineat ad Tyrum ueterem, in continenti positam, eleganter *Grotius* ad u. 5. ubi eadem leguntur: *Erit sicut littora deserta, nec alium praebentia usum, quam retibus siccandis.* Alludit enim sine dubio Sacer Scriptor ad ipsum Tyri nomen 𐤕‬, quod est *Rupes*, quodque se reperisse credit, literis Phoeniciis scriptum *Lucas Holstenius* in numo quodam Tyri insularis, quem et *Norisius* habet de *Epochis Syro-Macedonum Dissert.* IV. C. III. p. 397. uid. *Holstenius ad Stephanum* uoce *Tyrus* p. 332. Nomen igitur Tyri ueteris et nouae a *rupe*, quo Palaetus speciatim uenit *Ios. XIX. 29*, magno Eruditorum consensu.

b) Ut textum uertit *Grotius*, qui alias nobiscum haud facit.

c) In notis ad Ezech. C. XXVI. 14. Tom. II. *Bibl. illustrat.* p. 540. quae hic in *Kimchij* desideret *Cellarius*, uid. *Geogr. antiquae* Tom. II. Lib. III. C. XII. p. 456.

XXX.

Agmen denique gestorum Nebucadnezaris bellicorum claudant uastatio Aegypti, quaeque eam insecura est Aethiopiae clades. Sacri Vates Ieremias et Ezechiel a tam luculenter Aegyptum a Ne-

Nebucadnezare uastatum et Hophram
interfectum iri, praedicunt, ut, prout
loquitur Iacobus Perizonius, non tam
futura praedixisse, quam rem iam fa-
ctam enarrasse uideantur. Summa ua-
ticiniorum huc reddit: futurum esse, ut
Pharao Hophra tradatur in manus Ne-
bucadnezaris, animam eius quaerentis,
a quo in praelio sit occidendus, Aegy-
ptum autem in tantam solitudinem re-
digendam, ut neque hominibus neque
iumentis in ea sit locus, donec post an-
nos XL Deus regnum quoddam Ae-
gypti, at tenue et exiguum, sit instau-
ratus. Scriptores contra profani, He-
rodotus, Diodorus aliique, in alia eunt
omnia, nam non modo de Nebucadne-
zaris expeditione Aegyptiaca prorsus si-
lent, et Aprien contra ab Amasi subla-
tum memorant, c) uerum etiam, quasi
studio contradicere uoluerint Ezechieli,
statum Aegypti sub Amasi florentissi-
mum abundantissimumque esse, ferunt, b)
sub cuius quali quali regimine deterior
haec fortuna, a Prophetis denunciata,
Aegypto incubuit. Clarum illud est ex
insigni charactere chronicō apud Ezechi-

elem C. XXIX. 17. *d*) quo Nebucadnezar, Tyro subacta, in Aegyptum mittendus praedicitur, eaque ipsi in premium laboris promittitur, anno captiuitatis XXVII, qui ab initio Amasidis prope abest. *e*)

a) Ier. C. XLIII. sqq. Ezech. Cap. XXIX. sqq.

b) Herodotus L. II. 177. Sub Amaside Rege dicitur Aegyptus maxime beata in iis, quae uel regioni ex flumine, uel hominibus ex regione proueniunt, et urbes, quae incolerentur, fuisse numero illic mille et uiginti.

c) Herodotus L. II. C. 161. sq. C. 169. Diodorus Sic. L. II. C. 2. et Ctesias apud Athenaeum Dipnosoph. XIII.

d) Vid. quae de illo nos supra, si placet, et Iac. Perizonius in Origg. Aegyptiacis Cap. XXIV. p. 478. sqq.

e) Luxta calculum, qui Amasidi 44 annos trahuit, si enim ab anno P. I. 4188, siue Cambysis 4, quo desit Amasis, hi 44 abstrahantur, habebis annum P. I. 4144 siue captiuitatis 30.

XXXI.

Grauissimus ille utriusque Sacrae et profanae historiae dissensus Virorum doctorum

ctorum studia, concordiam meditantium, certatim prouocauit, qui in tollenda hac pugna uariis usi sunt remediis, non aeque ualidis atque sufficientibus. Scaliger scite aduertit, hoc, quicquid est discordiarum, manasse a Sacerdotibus Aegyptiis, qui Herodoto, de rebus suis sciscitanti, tacuerint ea, quae ad ignominiam gentis spectare uidebantur, *a*) quod de cladibus a Nebucadnezare illatis plusquam credibile est. Alio tamen in loco *b*) idem Vir doctus, ubi prae oculis habuit durissimum de miserrimo Aegypti statu Ezechielis uaticinium, desolationem hanc Dei misericordia remissam fuisse, sentit, cum eam non contigisse certissimum sit. In eo uero eleganter Herodoto cum Ieremia conuenire gaudet, quod Aprien ab Amiside hoste suo, praelio uictum et occisum, diserte referat ille, ut cum Scaligero quoque existimant Hugo Grotius *c*) et Iacobus Vferius. *d*) Occasione uero huius rebellionis, ab Amasi excitatae, Nebucadnezarem uel inuitatum uel sua sponte Aegyptum cum exercitu inuasisse, pulsoque in Thebaidem Pharaone, reliquae Aegypto

gypto Amasim praefecisse Regem Babylo niis uectigalem Vsserius coniicit. e) Propius quidem ad mentem Sacrorum Scriptorum doctiss. Perizonius f) accessit, dum simpliciter a Nebucadnezare uictos statuit Aegyptios, multosque eorum cum Rege peremtos, aut fuga in alias regiones dilapsos, at reliquiis gentis impositum uult Satrapam, Babylonii subiectum Amasin, unde quae de maxima illa XL annorum solitudine in Scripturis dicuntur, ea mitius interpretanda censet, atque maximam partem Orientalium locutionibus hyperbolicis tribuenda.

a) In *notis ad fragmenta p. II.* adde *Perizonium Origg. Aegypt. C. XXIV p. 463 sq.* et elegantissimas obseruationes *C. A. Ruperti ad Valerii Maximi L. VIII. C. XV. §. 3* et ad *Synopsis Besoldianam C. IV. p. 72 sq.* de affectu historicorum in Patriam. Romanis solenne erat, ut triumphasse suos scriberent, cum uicti essent, quod docet *Rupertus ex Historia Alexandri Seueri*, qui in *Festis Romanis* adhuc hodie triumphat, cum a Parthis contra foeda clade fuerit affectus.

b) Lib. III. *Canonum Isagogicorum p. 372* et ad *Eusebium n. 1426 p. 82.*

c) In

- c) In notis ad Ieremiae et Ezechie lis l. c. in primis ad Ier. C. XLIV. 30, ubi *Herodotum* optimum huius lo ci interpret em nominat.
- d) In *Annalibus* ad A. M. 3432 sq. p. 73.
- e) Eadem *Iosephus* habet Lib. X. *Antiquitatum* C. XI. p. 345. forsan ex eodem conciliationis studio.
- f) Sententiam in compendio exhibet in *Origg. Aegyptiacis* C. XXIV p. 467, quam deinceps latius dedit.

XXXII.

In quo pacis studio an utrique parti satisfecerint Viri docti, et numne, stantibus hisce conciliationum rationibus aliquid detrimenti patiatur ueritas diuina, diligentius inuestigari expendique mere tur. Non Amasidi, ut credunt Viri docti, sed Nebucadnezari tradendum Aprien Ieremias clarissimis uerbis C. XLVI. 26. praedixit, a) non laqueo enecandum et postea honeste sepeliendum, ut quidem de eo memorat Herodotus, b) sed cadere debuit ille in deserto et inter confosso gladio iacere, expositus bestiis terrae et auibus coeli in cibum, ut habet Ezechiel C. XXIX. 5. c) Idem Sacer Vates

Vates negat, ullum tunc temporis in ea terra futurum esse Regem Cap. XXX. 13, d) quae uerba ne quidem permittunt, ut Amasidem Aegyptiis a Nebucadnezare praefectum fuisse credamus. Non est igitur, ut Aegyptiorum fabulas, quos altum de aegyptiaca Nebucadnezaris expeditione, certa alias atque ex probatis simis documentis euicta, silentium turpissimae fraudis arguit, coloribus pingamus, quibus potius larua detrahenda, ut ueritas mendaciis pressa, in aprico collocetur. Sufficient Annalium Phoenicum fides apud Philostratum, e) qui Aegyptum a Nebucadnezare bello euersam restantur, aliaque ueterum suffragia, a Iosepho et Syncello excitata, quae Sacram Historiam, si ea sola in assensum nos trahere, haud ualet, abunde confirmant. Proinde nihil restat, quo Sacris uaticiniis subueniamus, quam, ut Amasis hic penitus abesse iubeamus, cuius aduersus Apriren rebellio ab Aegyptiis nungatoribus eo fine excogitata est, quo clades, a Nebucadnezare accepta, hoc nomine occultetur. Collabuntur etiam hac ratione omnia, quae de flore Aegypti sub

Sub Amasi apud Herodotum iactant Aegyptii Sacerdotes. Nam, ut solent homines mendaces, ueritatem oppressuri in alia omnia et contraria abire, haec ipsa iactantia nobis indicio est, quae de durissima Aegypti desolatione praedixere Prophetae, euentu nequaquam caruisse. Absit autem, ut cum CL. Perizonio ad locutiones hyperbolicas seu speciose mendaces, summa Sacrorum Scriptorum iniuria confugiamus, nulla quidem necessitate urgente, ut ex ipsis Perizonianis satis superque Vir S. V. Salomon Deylingius f) demonstrauit. A uero denique quam longissime abest Scaliger, qui ad misericordiam Dei, poenas has remittentis prouocat, aliâ uolunt et rei euentus et totum Ieremiae Cap. XXV.

a) Non Amasidi, sed Nebucadnezari traditum fuisse Aprien, rectissime contra *Grotium* notat B. *Calvius* in notis ad Ier. XLIV. 30, qui tamen clarissimum Ieremiae locum C. XLVI 26. praetermisit. Non negat ille, fieri potuisse, ut Nebucadnezar Amasin Aprii substituerit in regno, unde eum ab Amasi captum et caelum Herodotus opinatus sit. Vid. in *Bibliis illustratis* Tom. II. p. 480.

b) Lib.

- b) Lib. II. C. 169. *Eum isti, ubi strangulauere, paternis in monumentis sepelierunt, quae sunt in Templo Minervae.*
- c) *Grotius* in notis ad h. l. prout alias grauissima Prophetarum uaticinia sensu mitiori accipit: ita sensum huius uaticinii literalem in allegorian uertit, et per bestias terrae et uolatilia coeli intelligit homines feros et rapaces, Apriis inimicos *B. Calouius* contra Ezechielis uerba trahit ad Nechoonem anno Ioiakimi IV ad Charchemisch percussum Ier. XLVI. 1. sed in hoc praelio Necho non periret, ut *Perizonius* pluribus docet in *Origg. Aegyptiacis* C. XXIII p. 410. sq. etiam Chronologiae exegesis *Calouiana* repugnat, cum hoc uaticinium editum sit annis post hanc cladem XVIII. Vid. in *Bibliis Illustratis* Tom. II. p. 545.
- d) *Grotius* iterum ab emphasi uerborum abit, ad uerba haec: *Rex de terra Aegypti non erit amplius, adiiciens: Rex toti Aegypto imperans.*
- e) Apud *Syn cellulm* p. 221. uid. *Perizonius in Aegyptiacis* C. XXIV p. 474.
- f) Tom. III. *Observationum Sacrarum, Observ.* XVIII. p. 129. sqq.

XXXIII.

Magnum in hac controuersia momentum

tum habet fragmentum Megasthenis, *a)* in quo Hercule ualidior dicitur Nebucadnezar, qui in Lybiam et Iberiam penetrauerit, uastatisque his regionibus, deductam inde Iberorum coloniam ad dextrum Pontus Euxini littus collocae-
rit. Cum enim in Lybiam aditus pate-
at per Aegyptum, non potuit in eam
prius peruenire Nebucadnezar, quam
hac subacta, unde non minimum pro
expeditione eius in Aegyptum efficitur
argumentum. Egregie istud quidem
aduertit doctiss. Perizonius, et fragmen-
tum istud ex Strabonis et Dionysii Pe-
riegetae testimoniiis aduersus falsas Mars-
hami *εργαννείας* asseruit, mox tamen, ne-
scio quo casu, id sibi iterum eripit, et
ad probandum inutile reddit, quando
statuit Megasthenem auxisse in his res
istius Regis ultra modum, quod in Ibe-
riam usque peruererit et coloniam inde
deduxerit. *b)* Quemadmodum uero Vir
ille doctus negare non audet, Nebucad-
nezarem, ut testatur Megasthenes, in
Lybiam penetrasse, non obscure idem
loquentibus Ieremia C. XLVI. 9. et E-
zech. XXX. 5. ita et in reliquis, Nebu-
cadne-

cadnezarem uidelicet Iberiam quoque adiisse, eamque uastasse, credimus Megastheni, eadem sacrarum literarum auctoritate permoti. Daniel enim C. IV. 9. Nebucadnezari, peractis finitisque expeditionibus bellicis, domi quiescenti dominium tribuit usque fines terrae. Si enim recte interpretemur hanc phrasin sacram, qua fines terrae non simpliciter tribuuntur, cum fines terra proprie non habeat, sed certo respectu ad fines orbis inhabitati et cogniti, c) qui erant ad Herculis columnas et in Iberia, d) ratio constabit Danieli, C. II. 38. de re certo euentura, Cap. IV. 9. de re iam facta locuto. Scio, quod ad orationem hyperbolicam in utroque Danielis loco configuiat Perizonius, sed inuita, ut ex dictis ipsoque Megasthenis fragmento appetet, ueritate.

a) *Apud Eusebium L. IX. C. 41. de Praeparatione Euangelica ex Abydeno : Megasthenes Auctor est Nabucodrosorum Hercule fortorem fuisse et exercitum in Africam et Iberiam duxisse: quibus subactis, eorum partem ad dexteriora Ponti habitare fecit.* add. *Iosephus L. X. Antiqu. C. XI. p. 350 et Syncellus p. 221.*

b) In

- b) In *Origg. Aegyptiacis* C. XXIV. p. 468. sqq.
- c) Eadem haud dubie in animo habuit Grotius ad uerba Danielis: *Et potestas tua in terminos uniuersae terrae*, commentatus: *ad mare Caspium ad Pontum Euxinum ad Oceanum Atlanticum*. Quibus ulterioris explicationis ergo commode subiecit *Megasthenis* fragmentum B. *Calouius Bibliorum illustrat.* Tom. II. p. 604.
- d) Ita Geographi ueteres ad unum omnes. Quos inter *Plinius L. V. C. XIX* *Tyrios clares*, fuisse, ait, *Gadibus extra orbem condidisse*. Idem *Velleius Paterculus*, qui L. I. *Tyriam classem*, inquit, *in extremo nostri orbis termino condidisse Gades*. Vid. de *Herculis Columnis Strabonem* in primis L. III. *Geogr.* sub finem, ubi uaria in rem nostram, addere loca ueterum alia apud *Bocbartum in Chanaan L. I. C. XXXIV p. 604. Christoph. Celdarium Tomo II. Geogr. antiquae Lib. IV. C. VII. p. 206. sq. Iacobum Perizonium ad Aelianum et quidem Variorum V. 3. Antonium van Dalen in dissertatione epistolica ad Theodoreum Iansonium ab Almeloueen de columnis a Procopio memoratis, dissertationibus de ortu et progressu Idololatriae subiuncta p. 760 et alios.*

XXXIV.

Sed nondum dimittendus est Herodotus,

datus, qui tam contraria Scriptoribus sacris ex relatione Sacerdotum Aegyptiacorum nobis obtrudit. Si probe species totum historiae huius nexum, prout apud eundem legitur, haud difficulter apparebit, Herodotum sibi in ea non constare, sed propria uineta caedere, quando antea statum Aegypti sub Amasi adeo felicem praedicat, ut Amasis toto imperii sui tempore nihil passus sit mali, mox uero tradit, peregrinos graecos ab Amasi non modo in Aegyptum allectos, *a*) sed et perbeneuole habitos fuisse, cum tamen peregrini alias Aegyptiis fuerint maxime inuisi, ut testatur Diodorus. *b*) Insolita haec Aegyptiorum in peregrinos propensio uix admittit, ut apud Aegyptios sub hoc tempus beatissimum et affluentissimum rerum statum fuisse credamus, sed istud haud obscure loquitur, Amasin, res Aegyptiorum prostratas instauraturum, auxilia flagitasse ab exteris, eosque honorifice inuitasse, ideo, quo terram incolis orbam nouis colonis et aduenis impleret, quod factum demum crediderim tempore Cambysis Persae, quo res nouas

uas moliri coepit Amasis, c) homo infimae fortis et natalibus plebeius, quae non parum confirmant Ezech. XXX. 13. Ad annos eius XLIV, quibus Aegypto praefuisse dicitur, d) quod attinet, plus simplici uice iam obseruauimus, usu Herodoto uenire, ut proximo successori *āvægxias* tempus adscribat, quod hoc loco factum esse ab ipsis Aegyptiis Sacerdotibus, ex eo confirmamus, quod Sacri Vates annos quadraginta Aegyptum desolatam fore, aiunt, postea in regnum debile et exiguum restituendam. Quae sufficient de gestis Nebucadnezaris bellicis.

a) Lib. II. C. 178. 179 et 181, ubi donariorum ab Amasi in Graeciam in honorem Dearum Graecarum missorum facit mentionem.

b) Lib. I. Bibl. C. 2. memorat ibidem *Diodorus*, Psammetichum regnum sibi firmaturum, post fugam Sabaonis Aethiopis ex Aegypto, cum Atheniensibus aliisque Graecis societatem innisse, erga exterros, qui in Aegyptum concesserint, summa beneficentia usum, quae confirmat *Herodotus* L. II. C. 154. addit *Diodorus*: *Primus Aegyptiorum Regum caeteras nationes ad importanda, quae apud se erant alienas, securitate singulis adeuncibus praestita.*

Apud superiores enim Reges nulli exteri ad Aegyptum nauigabant, cum partim occiderentur, partim adigerentur in servitutem. Optimo iure Amasidis tempora comparantur cum temporibus Psammetichi, quorum historiam tetigimus supra.

c) *Vid. Herodotus Lib. III. C. I. sqq. qui tamen causas alias substituit.*

d) *Herodotus L. II. C. 172.*

XXXV. .

Enim uero non tantum bellorum gloria, uerum etiam rebus domi gestis inclinavit Nebucadnezar. Cum saepius neque modum neque temperantiam Victores habere soleant, noster in captiuos, Iudeos praecepit, per clementer statuit, illisque optimos Babyloniae agros colendos et inhabitandos concessit. a) In primis Babyloniam, Orbis antiqui miraculum, amplificauit, nouam urbi partem addidit, regia splendida, horto pensili, triplici muro, et quae sunt alia, exornauit, muniuit. b) Evidem Scriptores graeci gloriam hanc Babylonis ad Semiramidem Reginam referunt, c) quos tamen refellit Berossus apud Iosephum

sephum L. I. contra Apionem, cui similia leguntur ex Abydeno apud Eusebium.

a) Ita fragmentum *Berosi*: *Captiuis adductis colonias in oportunissimis Babyloniae locis assi gnauit*. Vid. Ier. XXIX. 4. sqq. omnino.

b) Conf. idem *Berosi* fragmentum apud *Iosephum* L. X. *Antiqu.* C. XI. p. 349. et Lib. I. contra Apionem p. 1044. sq. ad hoc iuxta paternam regiam alteram sumtuosiorem multo amplioremque extruxit, cuius ornatum exponere fortasse longum esset, illud memoratum dignum, quod haec adeo superba, supra fidem magnifica, quindecim dierum spatio perfecta est. In ea lapideas moles excelsas excitauit, aspectu montibus assimiles, omniisque genere arborum confitas. Hortum quoque pensilem fecit, fama nobilem: eo, quod uxor eius montanum aspectum desideraret, in Medorum regione educata. Hortum pensilem etiam Nebucadnezari tribuunt *Megasthenes* in fragmento apud *Iosephum* l. c. et sub Regis Syri nomine *Diodorus Sic.* L. II. C. IV. et *Curtius* L. V. C. I. Veneri propter hortos Babylonis pen-siles hortorum omnium tutelam commissam, obseruat *Rupertus ad Synopsin Besoldianam* p. 35, quod *Tobias Gutberletb* illustrat ex marmore apud *Boissardum*, in quo M. AV RELIVS PACORVS appellatur AEDITV-

VS SANCTAE VENERIS IN SALVSTIANIS HORTIS. Quae si uera sint, habemus hic tertiam Venerem, Nebucadnezaris uxorem, in cuius gratiam ille, non Semiramis, ut existimat *Rupertus*, hortos pensiles excitauit. Res igitur secundae et tertiae Veneris *Rupertum* perperam miscuisse, quod supra asseruimus, ex dictis palam est.

c) Vtrumque coniungit *Venerabilis Beda in Principium Geneseos in Anecdoto Martenianis* Tom. V. p. 229. *Babyloniam Ninus et Semiramis coniux illius maiorem ex tempore et augustiorem reddidisse*, feruntur, unde est illud *Poëtae Ouidii, sc. Coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem et praecipue Nabugodonosor de spoliis Hierosolymorum eius ornamenta accumulans.*

XXXVI.

Vidimus huc usque Nebucadnezarem glriosum, uidimus domitorem gentium maxime strenuum, tandem eundem quoque uideamus ab omni felicitatis gradu deiectum inter bestias agri, cum Deus arrogantiam, animique ferociam, qua nimis efferebatur, furore immisso compesceret, degentem. Insigne hoc miraculum ex publico quodam atque sole-

solemni scripto a Nebucadnezare ad omnes gentes transmisso Daniel exponit C. III, cuius non alia loco scrutabimur momenta quam illa, quae in recentiorum controversias abierte, in caeteris claris interpretibus contenti. Quae situm in primis est, qua Vitae Nebucadnezaris parte ista acciderint, cum Scriptores sacri nullam de eo disertam faciant mentionem. Iacobus Salianus et Augustinus Torniellius delirium istud Nebucadnezaris ad aetatem eius senilem et ultima eius tempora referunt, a) nec male, cum haud obscure illis faueat ipse Nebucadnezar, quando se quietum in domo sua et tranquillum in palatio suo fuisse, ait, quod non incongrue de otio eius intelligas, quo finitis expeditionibus bellicis fruebatur, quo cum apprime conuenit, quod legitur apud Berosum, Nebucadnezarem spoliis, in bello factis, Beli templum exornasse, Regiam et alia magnifica palatia exstruxisse, unde uox Regis superba de Babylone in gloriam suam condita apud Danielem. Megasthenes quoque, de quo mox pluribus, ipsum delirium cum morte connectit, cuius tamen contrarium

ex Dan. IV. 33 constat. Verum autem eius tempus explicatius uix dare possumus, quam si sequamur cum Setho Caluisio traditionem Iudeorum, *b*) spretam quidem a S. V. Buddeo, *c*) qua Euilmerodach filium, cum Pater mentis compos non esset, interea imperio prae- fuisse dicunt. Eius ope enim perueniemus in intelligentiam characteris illius chronici *z* Reg. XXV. 27, et Ier. LII. 31. annumque trigesimum septimum captiuitatis, qui simpliciter annus Euilmerodachi appellatur, *d*) ipsum esse delirii annum deprehendemus, quem in annum Nebucadnezaris XLII Aerae Nab. 185 P. I. 4151 conuenire, ex chronologia patescit.

a) Apud S. V. *Buddeum* in H. E. V. T. Tomo II. Sect. V. §. 3. p. 785.

b) Vid. *Hieronymus* L. V. *Comment. in Esaias* C. XIV. 19.

c) l. c. p. 794

d) Pro consueto hebraismo, quo indefinitum notat incipere. Dubium, si non plane falsum, quod Iudei apud *Hieronymum* addunt, Nebucadnezarem regno restitutum filium conieceris in uincula. Euilmerodach potius post haec tempora imperii collega.

XXXVII.

Aliud tamen uisum est doctissimo Perizonio, a) qui aegre fert, quod Vsierius quoque septem annos, quibus Nebucadnezar uitam egit bestiis agri similem, coniecerit in ultimum uitae illius tempus, cum id ferre non uideatur ratio temporis inter bellum aegyptiacum et Nebucadnezaris mortem interiecti, ex quo interuallo demonstrare uult, si uel maxime gesta eius omnia contrahantur, quae manifesto plus temporis requirant, tamen finem delirii in ultimum uitae momentum incidere, cum tamen Nebucadnezar ad sanam mentem redierit, pristinumque splendorem receperit, addita amplitudine maiore, b) quae circumstantia reiiciendos potius iubeat, septem istos annos in aetatem eius uirilem, siue in istud interuallum, quod inter Iechoniam deportatum et Hierosolymam destructam interiacet, quoque nihil memorabile gesserit Nebucadnezar. Verum ut nihil dicamus de eo, nondum satis probasse Perizonium, septem illa tempora necessario accipienda esse

de

de septem annis, fefellit ipsum ratio in spatio illo temporis inter belli aegyptiaci initium et Nebucadnezaris mortem rite constituendo. Si enim ponamus, coeptum fuisse bellum aegyptium ipso anno, quo capta est Tyrus, secundum rationes nostras ab hoc termino ad mortem Nebucadnezaris fluxere anni XII. c) At Perizonius longe abest ab ista sententia, quae Euilmerodachum Patris Vicarium tempore delirii facit annum XXXVII captiuitatis, quo Iechoniam uinculis liberavit ille de primo eius anno post Patris mortem interpretatus, de quo supra, sed in eo principium petit, cum potior omnino ratio habenda sit analogiae historicae, quam coniecturae, solido argumento destitutae.

a) *Vid. Perizonius in Origg. Aegyptiacis Cap.*

XXIV. p. 487. sqq.

b) Iuxta Dan. IV. 36 amplitudo gloriae et honoris intelligitur, non potentiae, nam ante delirium Dan. IV. 19. summa iam Orbis potentia Nebucadnezari tribuitur, quod *ὑπερβολικῶς* dictum frustra statuit *Perizonius*.

c) Cum annos XLIII rerum summam solus tenuerit Nebucadnezar, cum Patre uero annos IV,

IV, ut supra ostendimus, annis coniunctione XLVII, uitae terminus respondet anno P. I. 4152, bello Tyrio iam A. P. I. 4141 finito.

XXXVIII.

Quod de septem temporibus, quibus Rex maniam passus est, diximus, ea non necessario accipienda esse de septem annis, in eo repugnantes quidem habemus quosdam Interpretes, ueteres tamen nonnulli *a)* consentiunt, et menses, non annos, nobiscum intelligunt. Diligentissimo Viro Iacobo Gussetio bene fuit obseruatam *עַתָּה* istud Danielis aequipollere hebraeorum *מוֹעֵד*, Daniele C. VII. 25. et XII. 7. illic chaldaice hic hebraice eandem sententiam repetente, istudque *עַתָּה* et *מוֹעֵד* communem agnoscere stirpem *יְמֻךְ* Hebraeorum autem *מוֹעֵד* tempus quidem statutum generaliter notat, sed praeter annum tempus etiam quocunque aliud, quod idoneis exemplis firmauit Gussetius, *b)* imo mensis notionem explicate habet Psal. CIV. 19. *c)* Cum igitur per analogiam historicam uix liceat annos intelligere, subsistamus in mensibus, atque de-

lirium septem mensium fuisse credamus.

- a) *Pseudo-Dorotheus, Pseudo-Epiphanius, Historia Scholastica et Chronicon Alexandrinum siue Paschale*, septem quidem annos huic delirio destinatos fuisse, existimant, sed precibus Danielis annos mutatos fuisse in menses.
- b) In *Commentario linguae hebraeae*, uoce יְרֵן p. 333 F. huc in primis spectat locus Gen. I. 14. ubi מָעֵץ commode de mensibus interpreteris,
- c) עַשְׁה יוֹחֶל מִזְעָרִים (In statuit Lunam in tempora, uel ut uersio germanica: *Du machest den Munden, das Jahr darnach zu theilen*, quem locum Gussetius praetermisit.

XXXIX.

De ipso Regis misero fato Scriptores chaldaici silent, Megasthenes tamen istud non obscure commemorat in fragimento quodam, quod ex Abydeno seruauit Eusebius. a) In quo Megasthenes ex traditione Chaldaeorum refert, Nebucadnezarem in palatum suum aliquando conscendisse, et diuino numine afflatum, futura Babyloniae fata, immens

nens a Cyro exitium praedixisse. Nulla quidem hic mentio delirii, sed Megasthenes exornans res Nebucadnezaris per afflatum diuinum furorem eius dubio procul intelligit, prout nempe ex sententia gentilium nonnullorum, quae postea ad Scriptores quosdam Iudeos, Arabes et male-Christianos transiit, furor Propheticus effectus erat Temperamenti Melancholici, quem speciatim ex atra bile, sedi mentis uicina, repetit Aristoteles, cuius doctrinam ita repraesentat Cicero L. II de Diuin. eundem etiam eos, qui ualetudinis uitio furarent, et Melancholici dicerentur, aliquid in animis praesagiens atque diuinum habere, censuisse. Ipse Aristoteles in Problematis Sect. XXX Qu. II. id idem dogma tradit, b) quod passim etiam aiii, c) ut notum est, nefarie inculcant.

a) Lb. IX. Praep. Euangelicae C. 41. Postea a Chaldaeis dicitur in palatium suum consenserse, et diuino numine afflatum, haec magna uoce dixisse: Ego Nabucodrosorus uobis, o Bibylonii, calamitatem futuram praenuncio, quam nec Progenitor noster Belus, nec Regina Belis, ut auertant, Parcis persuadere poterunt. Veniet Perses mulus, qui uestrorum

Dac-

Daemonum auxilio usus seruitutem uobis afferet: Eius uero adiutor erit Medus, Assyriorum gloriatio. Utinam prius, quam ciues dediti fuerint, ille quadam charybdi aut mari absorptus periret radicitus; aut alias abreptus in solitudinem (ubi neque urbis, neque hominis uestigium, sed feræ pascuntur, et aves circumvolant) solus inter scopulos et uoragini erraret: Mibique meliori exitu fruicet, priusquam haec ei in mentem uenerint. Haec effatus ille protinus disparuit.

- b) Verba sunt: *Multi etiam propterea, quod ille calor sedi mentis in uicino est mortis uesaniae implicantur, aut instinctu lymphatico inferuescunt, ex quo Sibyllae efficiuntur et Bacchae, et omnes, qui divino spiraculo instigari creduntur, cum scilicet id non morbo, sed naturali intemperie accidit.*
- c) Praeter Arabes *Auisennam et Algazelem, Petrus Pomponatius. Ben. Spinoza, Petrus Petitus*, quem instar omnium uide de *Sibylla L. I. C. XI* p. 75 sqq.

XL.

Causam igitur non habuit Iacobus Vsserius, ut uaticinium Nebucadneziris a delirio distingueret, quod quidem fecisse uidetur ad A. M. 3442 p. 74. Postquam

quam enim ibidem Nebucadnezarem post VII annorum delirium sanitati et regno restitutum fuisse docuisset, addit ex Abydeno, eundem quoque de clade Babylonis uaticinatum, statim obiisse. Qualis uero status Nebucadnezaris mentis usu priuati fuerit, ex uersionum bibliarum errore mire narrarunt ueteres Ecclesiae Patres, *a*) quos nemo inter recentiores facile sequitur. Apud Medicos Auctores uaria leguntur, ad rem pertinentia, speciatim Thomam Bartholinum. *b*) Nec est, cur dubites, posse naturalia maniae phoenomena, quae saepe admiranda sunt, ad praesentem Nebucadnezaris morbum comparari, eundemque ex iis quodammodo explicari. Sed absit, ut causis physicis solis omnia tribuamus, quamuis etiam Maniacorum ex nimia ambitione exempla prostent. *c*) Certum est ex Daniele et manifestum, Deum hic miraculum edidisse, quo gloriam inter gentes manifestaret, cui nemo, nisi impius, contradixerit.

a) Vid. Commentatores passim et *Seb. Kirchmateri, Ioh. Guil. Hilligeri et Casparis Nimschii* peculiares dissertationes,

- b) *De morbis Biblicis* C. XIII, ubi Nebucadnezarem insaniam lupinam, a *Paulo Aegineta* scripta, ait, laborasse.
- c) Vid. quae *Ioh. Dolaeus* in *Encyclopaedia Medicinae practicae* Lib. I. C. IV. p. 64. sqq. et *Georgius Wolfgang Wedelius* in dissertatione *de Mania* §. 29.

SECTIO VI.

DE SVCCESORIBVS NEBVCADNEZARIS ET REGNI FINE.

§. I.

Emensi tandem sumus difficilem impeditamque Nebucadnezaris historiam, qui, cum annos XLIII imperio praefuisset, fatis tandem concessit, ex *Fl. Iosephi* elogio, Regum Babyloniae maximus. Verum nunc ad difficultates longe maiores, et, quae, post tot Virorum doctorum labores, fere insuperabiles uideri possint, delabimur, qui nempe Nabuchodonosori successores, ex comparatione Historiae sacrae et profanae, sint tribuendi. Hanc enim legem nobis cripsumus, ut neque uim Historiae sacrae

crae inferamus, neque praeter rem exotica monimenta abiiciamus, sed Scriptores utrosque, et sacros et profanos, analogiae, quam uocant, historicae ope, in amicabilem, quoad eius fieri poterit, concordiam reuocemus. Quod quidem ab antiquis nonnullis, locum quendam Iosephi uitiatum improuide secutis, male neglectum fuisse, iam Torniellius monuit, *a*) qui, spretis plane exteris Scriptoribus, uarias sibi formarunt hypotheses, quibus falsum quidem suppositum, de LXX annorum interuallo a desolatiōne exordiendo, utcunque sustentant, uerae tamen huius temporis historiae perpetuo contradicunt. Septem in primis ueterum sententias recenset Pererius, *b*) quem inter et Scaligerum graues de eadem re disceptationes fuisse agitas, constat, de quibus tamen hic tuto filemus. Cum autem Daniel, ex accidenti saltem, more Prophetis consueto, tempus occasionemque uaticiniorum Historiae Chaldaicae characteribus notare soleat, iustum Babyloniae Regum enumerationem successionemque ueteres in eo frustra quaesiuisse, nemo non in-

telligit. Quare, bona sacri Vatis uenia, extera monimenta comparemus, atque ex iis data eius, ut uocantur, suppleamus, suoque ordini restituamus, licet.

- a) In *Annalibus* ad A. M. 3429. n. 9. 10.
- b) Lib. VII. *Comment. in Danielem.*

II.

Quod uero difficilem reddidit totam hanc controuersiam, πρῶτον ψέυδος est, quasi ex mente Danielis Darius Medus proximus fuerit Belsazaris Successor, quod ad coniecturas, undiquaque impletas, coëgit Viros doctos. Daniel quidem C. V. et Belsafari et regno simul Babylonico exitium minatur, cumque statim, nocte sequenti Regem occisum, memoret sacer Scriptor, caputque sequens VI ita exordiatur: *Et Darius Medus accepit regnum*, quidam opinati sunt, et mortem Beſazaris, et auspiciū Darii Medi ratione temporis euentusque fuisse connexa, quod, nec nego, specimen quandam ueri habere. Quamuis autem de re ipsa nondum dispiciamus, istud

istud tamen hoc loco moneri liceat, admodum familiare esse Prophetis, ut in uaticiniis, quae diuersi sunt temporis, coniungant, tempusque non semper proximum, sed remotius quoque, imo quandoque remotissimum, quae est excellētia uaticiniorum diuinorum, respiciant. Nec copulatiua Vau pro indole styli sacri semper cum praecedentibus arctissimum nexus infert, sed continuacionem saltē notat Scriptoribus Sacris, etiam in re noua coimmemoranda cum praecedentibus non adeo connexa ea, saepissime utentibus. a) Quae si ad praefens negotium applicentur, inde liquet, uaticinium Danielis non repugnare, quin ex comparatione Historiae exoticae, et inde emergente analogia Historica, rite explicetur, initiumque Darii aliquo temporis interuallo ab exitu Belsazaris, necessitate istud exigente, diuellatur, quod instar postulati cuiusdam, contendimus, permitti.

a) Vid. Interpretes ad Iosua^e I. u. 1. et Job. Vorstium de Hebraismis N. T. Part. II. C. 33. p. 108. Antonium Bynaeum de Circumcisione Christi §. 2. p. 9. seq. Hugo Grotius ad Luc.

II. u. 21. frustra tamen hi omnes genus hoc loquendi Hebraeis peculiare, affirmant, ita sane loquuntur etiam Graeci: καὶ πρῶτον αἰρέσκει Herodianus L. II. C. 2. ab initio καὶ Ελγλάῖος Menander in fragmento apud Iosephum Antiquit. L. IX. C. ult. Etiam Latinis Scriptoribus *atque* eodem modo usurpatur.

III.

Verum hanc libertatem diserte negat Vir Cl. Campegius Vitrina, a) qui Belsazari Darium Medium proxime successisse contra Marshamum statuit, rationem addit Vir doctus לְבָק istud Danielis, esse graecorum ἐκθέχεσθαι, διαδέχεσθαι, quae uerba de successoribus regni, proxime se excipientibus, tum in sacris tum in profanis Auctōribus, Herodoto in primis, simpliciter ualeant. Quod quidem, quamuis non negem, cum constet etiam Hesychium Angarios interpretari τὸς ἐκ διάδοχης per successionem tabellarios regios, uereor tamen, ne scopo suo doctiss. Vitrina exciderit, quando ex lingua graeca de Vocabulo hebraeo fert iudicium. Contrarium enim ex alio Danielis loco, capitis VII.

com.

com. 18. pater, ubi קְבָל utitur sacer uates, de nouo Beatorum regno, post euersa regna mundana a Deo erigendo, cum tamen Beati nequaquam Regum terrestrium successores dici queant. De nouo igitur Medo-Persico Darii imperio post commemoratum Belsazaris exitum synecdochice קְבָל adhibere potuit Daniel, prout etiam C. II. 39 ad Nebucadneza rem: *Et post Te, inquit, inclusis successoribus, regnum aliud, minus Te, exsurget.*

a) In *Observationibus Sacris Lib. VI. C. V. §. 19. p. 305. seq.*

IV.

Eamus nunc per exempla, quantumque sibi defuerint Chronographi, opinionem contrariam secuti, ostendamus. Jacobus Vfferius, a) quem post alios in primis Humfredus Priedeaux b) secutus est, uiam ab antiquis tritam, et a Iosepho c) primum commonstratam, repetiit, atque Xenophontem denuo, quem Scaliger praeter rem reliquise uidebatur, in partes uocauit, qui Regem Babyloniae ἀνώνυμον quidem, cum in festo quodam die commessionibus indulgeret, ab hostibus Medo-Persis

superuenientibus noctu in palatio occisum, regnumque Cyaxari cuidam, Cyri Socero, traditum fuisse memorat. Quibus ex Xenophonte praestructis, Daniel explicat nobis Vſſerius, atque Beroso, Megasthene, Ptolomaeo et Herodoto comparatis, huius temporis Historiam ita restituit, ut Nebucadnezarem filius Euilmerodach, hunc uero Neriglissoor, et filius Laborosoarchod sequantur, quos demum Belsazar, Euilmerodachi filius, et Nebucadnezaris nepos excipit, a Dario Medo Cyroque debellatus. Quae eleganter conuenire estimat non modo cum Daniele, qui existimatum Belsazaris et regni coniungat, eidemque annos tribuat uno plures, d) quos et habet Nabonnidus, Regum ultimus, uerum etiam cum Ieremia, e) cui Rex Babyloniae postfemus omnino sit Nebucadnezaris nepos. Nunc etiam constare ait, quare Daniel in oppugnatione Babylonis Medos et Persas semper coniungat, f) quae uero omnia non procedant, si ex Scriptoribus Chaldaicis, Xenophonte neglecto, sententia cum Scaligero feratur.

- a) In *Annalibus, aetate Mundi VI.* p. sqq.
- b) Part. I. Lib. II *Historiae V. et N. T. in Historia Iudeorum et vicinarum gentium conexae* p. edit. Germanicae. Hypothesi VI. seriana etiam *Hermannus van der Hardt* suam de quatuor Monarchiis sententiam superstruxit, quam in schedis *de quatuor Monarchiarum fabula per Danielem et Xenophonem explosa*, de Danielis quatuor animalibus expressit, at solidissime excusavit S. V. Ioh. *Guilielmus Janus de quatuor Monarchiis* dissertatione. C. III. §. 4.
- c) Lib. X. *Antiquit. C. XII.* quem *Eusebius, Hieronymus, Beda, Auctor Historiae Scholasticae*, ut *Torniellius* notat, sequuntur.
- d) C. VIII. 1.
- e) C. XXVII. 7. Dan. V. 13. 18.
- f) C. V. 21. C. VI. 8. 12. 15.

V.

Verum in eo iniurius est in Scriptores chaldaicos doctissimus Vsserius, litemque non tollit, sed auget. Illos enim manifeste sibi aduersos habet, quando Nabonidum non occisum, sed benigne a Cyro habitum fuisse, diserte aiunt, quod de Belsazare apud Danielem,

si ille ex opinione Vsserii Nabonnidus sit, dici non potest. Accedit, hanc hypothesin Ieremiae, quem iuuare uoluit Vsserius, manifesto aduersari, quod recte aduertit Scaliger, *a*) in alia omnia eunti. Xenophon enim Babyloniae Regem paulo ante expugnatam urbem, nihil tale opinantem occisum fuisse afferit, *b*) sed Ieremias L. 31. ne quidem permittit, ut Regem in Vrbe, cum hostibus illa cederet, adfuisse credamus, utpote longius ab ea remotum, atque locis munitis Borsipporum, ut uult u. 30. inclusum. Quod argumentum mire peruertit Marshamus, *c*) applicatque uerba Ieremiae: *Vrbem ab extremo captam ad urbem Susan in finibus Chaldeae sitam*, sed rectius hanc phrasin explicabimus infra.

a) In notis ad fragmenta, de Emendatione temporum Operi subiunctis p. 16. sq.

b) Cyripaedias L. VII. p. 190. sq. Cyrus cum audiisset, celebrari Babylone festum diem, quo Babylonii omnes tota nocte potarent, et comedarentur. Exsiccato igitur, apertis fossarum ostiis fluvio, urbem cum quibusdam noctu ingreditur, iubetque Gadate et Gobrepa demonstrante,

*strante, statim iri ad regiam. Faciunt imperata
socii, et si qui eis obuiam uenirent, partim caesi
peribant, partim retro uicissim fugiebant, partim
clamorem edebant, cum suis et Gobrepani clamo-
rem edebant eundem, uelut ipsi quoque comessa-
tionum socii. Pergentes igitur quam celerrime,
ad regiam perueniunt, et hic quidem portas re-
gliae clausas inueniunt, irruuntque in custodes
ibi positos, ad ignem potantes, statimque ho-
stili more cum ipsis agunt. Orto autem cla-
more et strepitu, quem ii, qui intus erant, sen-
tirent, et inspici Rex iuberet, quid esset rei,
apertis aliqui portis, foras procurrunt. Eas
cum apertas Gadataei conspiccent, irruunt, et
illos rufus fugientes intro securti, ad Regem
accedunt, eumque iam erectum cum acinace
stricto inueniunt. Hunc Gadataei et Gobrepa-
ni numero plures opprimunt, imperfectis etiam
iis, qui Regi aderant. Haec Xenophon l. c.
quae quidem parum conueniunt cum uerbis Ie-
remiae: *Cursor occurret cursori, nuncius occursit
nuncio ad narrandum Regi Babylonis, captam
esse urbem eius a fine, et transitus occupatus est,
et paludes combusserunt igne et exercitus per-
terfacti.* Equidem propter magnitudinem
urbis, cum caperetur, opus fuisse angariis,
Regi id nunciantibus, quidam aiunt *Vsserii*
sextatores, sed nec hoc Xenophon' permittit.*

c) Sec. XVII. p. 607 Canonis Chronic.

VI.

Nec placet in Vsserio, quod neglectis Scriptoribus domesticis auxilia petierit a Cyripaedia Xenophontis, ex Ciceronis sententia, non ad Historiae fidem, sed ad effigiem iusti imperii scripta, *a*) quaeque apud ueteres pariter et recentiores fere omnes, Schurzfleischio iudice, *b*) parum fidei habet. Marshamus quoque, quamuis haud raro in subsidium aduocet Xenophontem, atque Ciceronis censuram nimis acrem existimet, *c*) alio tamen in loco, ubi Xenophonem bellum Cyri cum Astyage omisisse memorat, coniicitque, id factum esse, quia Xenophonti incongruum fuerit usum, Cyrum pro Medis contra Medos, et quod addo, contra Patrem, pugnasse, haud obscure Ciceroni accedit. *d*) Nec indignum est notatu, quod Xenophon in plurimis securus uideatur Herodotum, quem tamen commentis suis male supplet. Herodotus enim Babylonem propter festum aliquem diem totam epulis intentam beneficio noctis et fluminis exsiccati, captati esse refert, *e*) sed de Regis

Regis internecione tacet, imo ne leue quidem indicium apud eundem appareat, Regem in Vrbe fuisse, ut quidem Xenophon. Ex hoc igitur Auctore cum Danielem illustrare uoluit Vfferius, rem imagis obscuram reddidit atque incertam.

a) Vid. loca ueterum, *Platonis* in primis, qui tamen dubiae interpretationis est, ut uult ad *Laërtium Aegidius Menagius* p. 151. Iste enim uerba *Platonis de Legibus* L. III. p. 815 in sensu longe alio, quam *Laërtius Lib. III. segm. 34.* p. 185 accipit. Καὶ ἐν τοῖς νόμοις ὁ Πλάτων πλάσμα Φήσιν ἔιναι τὴν παρέδειν αὐτῷ μη γὰρ ἔιναι Κύρου τοιχτὸν. Verba *Laërtii*. Adde loca alia, *Ciceronis*, *Gellii*, apud eundem *Menagium* l. c. et *Gerb. Job. Voßium de Historicis graecis* L. I. C. V. p. 20. seq. *Scaliger* in *Prolegomenis ad emendationem temporum in uniuersâ Cyripaedia*, ait, nihil esse ueri, praeter nuda nomina et mentionem duorum triumue eventuum, ut Babylonis captiae et Croesi uicti. Existimatque *Xenophonem*, pro more Rhetorum suae aetatis Cyri personam ex medio priscae Historiae delegisse, quem his coloribus pingaret, quibus putaret, se animos lectorum ad uirtutem excitare posse. In quo iudicio plane acquiescit *Job. Harduinus*, *Paradoxorum alias aman-*

mantissimus in *Cronol. V.* T. p. 558. aitque:
In Xenophontis Cyripaedia, Scaliger recte ad-
monuit, nihil propemodum esse ueri. Philo-
 sophum Socraticum non historicum in eadem
 agere *Xenophontem*, eleganter docuit Abbas
Fraguier in Commentariis literariis Parisien-
sibus Tom. II. Part. I. p. 60. sqq.

b) In dissertatione *de Medo-Persarum initiiis* p.
 14. in nouo dissertationum Volumine Lipsiae
 edito.

c) In *Canone Chronico* p. 619.

d) l. c. p. 623. adde p. 630, ubi fatetur, *Camby-*
sen Persam, Cyri patrem, quem bona fami-
lia ortum Herodotus dixerit, a Xenophonte
honoris ergo Regem appellari.

e) uid. infra.

VII.

Alio igitur consilio rem aggressus est
 doctissimus Scaliger, a) qui collatis cum
 Sacro Scriptore Scriptoribus Chaldaicis,
 Berofo et Megasthene, hanc sibi de Nebu-
 cadnezaris successoribus hypothesin for-
 mavit. Proximum a Nebucadnezare lo-
 cum filio Euilmerodach dedit, post hunc
 uero Neriglissorem et filium Labosoarcho-
 dum,

dum, Danieli Belsazar appellatum, collocat, in quo quidem nihil est, quod cum sacro Vate stare non possit. Verum quando putauit, Darium Medium iuxta Danielem statim secutum esse Belsazarem, ex eo Nabonnidum fecit, apud Profanos notissimum, et ex Victore Babylonis, qualem Darium Medium fuisse, infra patefiet, Principem communī suffragio electum, quem postea Cyrus ab imperio deicerit, atque Praefectum in Carmaniam miserit. Evidemt fauere uisa est Scaligero phrasis Sacri Scriptoris, qui ait: *b) Darium Medium accepisse regnum, alio tradente*, quod de Nabonnido teſtantur et Berosus et Megasthenes, dubia tamen alia, et haec quidem grauifima, supersunt, quae non permittunt, ut Darium Medium cum Nabonnido eundem fuisse, sentiamus. Non obscure enim Daniel C. IX, sub initium Darii Medi, LXX seruitutis annos ad exitum peruenisse, indicat, regnique Babylonici, ut sequitur inde, finem adfuisse, sed iuxta Scaligerum a primo Darii Medi ad hunc terminum anni adhuc supersunt septendecim. Imo hac hypothesi id effecit

fecit Scaliger, ut character chronicus a-pud Danielem C. X. i. cum aliis collatus, plane intelligi nequeat, atque Propheta a semetipso dissentire uideatur, c) ut nihil de duriori Megasthenis explicatio-ne iam dicamus. Istud autem, fateor, in hypothesi Scaligeri egregium est, quod ex comparatione fragmentorum Berosi et Megasthenis multum lucis conciliauerit uaticinio Ieremiae *de interitu regni Babylonici*, de quo suo loco.

a) Conf. in primis Praefatio *Temporum emendationi*, Anno 1598 denuo impressae, praemissa, ut et ea, quae ad veterum fragmenta in calce huius operis notauit, addatur *Regum Babylonis Chronographia ex Beroſo et Megasthene in Animaduersionibus ad Eusebium* p. 84. et Lib. III. *Canon. Isagog.* p. 290. seq. Petauio tantae uisaé sunt rationes Scaligeri, ut fodalibus relictis, plane in eius sententiam, raro exemplo concesserit. uid. in *Rationario Temporum Part. II. C. V.* seqq. et in maiori opere *de doctrina Temporum* Lib. X. C. VII. seqq. post multos alios etiam S. V. Job. *Franciscus Buddeus in Hist. Eccles. Vet. Test. Periodo II Sect. V. §. 4.-8 p. 793 seqq.* eum se-cutus est.

b) Dan. VI. 1.

b) Dan.

c) Annus ille tertius Cyri Danieli emortualis fuit, quod ex Dan. C. XII. u. ult. colligitur. Capite I. uero u. 21 Daniel ad annum usque primum Cyri uixisse dicitur. Concurrunt igitur primus et tertius, quae ratione conciliari queant, Scaligeriani uideant.

VIII.

Nec est, quod Nabonnidum aliquis hominem peregrinum et Medium quidem arbitretur, quem Berosus, magnae penes Scaligerum auctoritatis Scriptor, Babylonium diserte appellauit. Equidem Megasthenes, Nabonnidum ulla cum Belsazare affinitate coniunctum negauit, sed affinitatis ad minimum uinculum Scaliger admittere cogitur, si Darius Medus Nabonnidus sit, et quod sequitur inde, ex Nitocride Nebucadnezaris uxore natus. Sed Nabonnidum peregrinum et speciatim Medium haud fuisse, claris argumentis euincere possumus. Quod enim eius genus Scriptores Chaldaici ignorant, Scriptura nobis memorat 2Chron. XXXVI. 20. Per. XXVII. 7. ubi Sacri Scriptores aiunt, *Iudaeos seruituros Nebucadnezari, et Filio eius, et filio*

lio filii eius, vsq; ad regnum Persarvm. b) Ex quo satis liquet, Nabonnidum falso hominem peregrinum esse Scaliger, utpote Nebucadnezaris ex filio nepotem. Apprime hic censensus Herodoti placet, qui Labynitum, siue, sub diuerso nomine, Nabonnidum, etiam ad Scaligeri mentem, *Patris nomen et regnum babuisse* dicit, locutus alibi de *Labyneto quodam Babylonio*, quem propter apertum Historiae parallelismum Nebucadneza-rem esse, nec Scaliger negare potuit, ut-ut manifesta contradictione se implica-ret. Impossibile enim est, si Herodo-tum audire quis uelit, prout certe Scrip-turae causa ille audiendus est, ut Laby-nitus uel Nabonnidus Darius sit, qui pe-regrinus erat, ortus in Media, patre Medo.

a) Loca *Berosi*, *Megasthenis*, *Herodoti* uid. infra cum uberiore eorum expositione.

b) Additamentum hoc, quod 2 Chron. 36. u. 20 legitur, et Ieremiam ualde illustrat, *Marsbamus in Canone Chronico* p. 597 de seruitutis, non de prosapiae duratione intelligit, plane praeter mentem Scripturae. Reete *Aegidius Strauchius Breuiarii Chronol.* Lib. IV. C. XXI

Qu.

Qu. VII p. 529 obseruat, uel hanc solam causam sufficientem quosdam aestimare, ob quam fragmento *Berosi*, quod circumfertur, nulla fides haberi debeat, in quo tamen illos modum excedere, patet.

- c) In *notis ad fragmenta* p. 13, quem *Hugo Grotius* in *notis de Veritate Rel. Christ.* p. 174 *Marsbamus* p. 627 aliique non pauci sequuntur. Supponunt tamen hi omnes, quod probatu difficultimum, Nitocridem Medam fuisse, Nebucadnezari iunctam, quam Alexander Polyhistor Amyiten s. Aroiten appellauit.

IX.

Nimis ingenio suo hic indulxit Hermannus Conringius, a) qui Nabuchodonosori filium Euilmerodach supponit, eique annos regiminis quinque b) et ex Daniele Belsazaris nomen tribuit, quos tamen Berosus et Megasthenes diserte distinguunt. Nihil enim iuuat doctissimum Virum, quod uterque Nebucadnezaris filius dicatur, id enim diuersa ratione accipiendum est, unum fuisse filium proprie talem, alterum ex filia nepotem, quem suo more Scriptura quoque filium appellat, utrique quidem

Scriptores citati etiam malos deperditos-
que mores attribuunt, propter quam ta-
men conuenientiam unum cum alte-
ro confundendum esse, non existimo.
Quem errorem mox alio insuper auget
Conringius, deceptus eadem opinione,
quasi proxime Belsazari successerit Da-
rius Medus, asseritque, hunc Darium
igitur Neriglissorem esse, qui apud Be-
rosum aliasque Euilmerodachum sequi-
tur, tacite quoque Berosum significare a-
it eum, alienigenam fuisse, dum imperfecto
huius filio aliquem Babylonium in Re-
gem electum narrat, quasi inde conse-
quatur, praedecessores Nabonnidi, Ne-
riglissorem et filium, fuisse peregrinos,
quae mihi sane nimis subtilia, atque,
nisi aliunde probentur, a mente Berosi
certe aliena uidentur. Berossus enim
tam late de ortu Nabonnidi loquitur, si
etiam uersionem fragmenti Berosi suo
relinquamus loco, propterea, quod ge-
nus uerum ignoraret, de quo suo loco.
Megasthenis autem Medium, Cyri ad-
iutorem, male huc trahit Conringius,
quid enim unquam rei Neriglissori cum
Cyro, qui feruitatem Babylonis attulit
longo

longo post tempore? Post Neriglissorem et eius filium, ex opinione Medos, agmen tandem Regum Babyloniae apud eundem Nabonnidus claudit. In quibus omnibus cum sibi aduersum Scaligerum sentiat, eius in primis hypothesis aggreditur, argumentis quidem non aequae ualidis usus. Nam ut alia omittamus, Labosoarchodus Berosi non statim internoscendus est a Belsazare Danielis, quod ille πάγις Beroſo dicatur, hic uero concubinas aluerit, et quae sunt alia. Deinde obſtare ait Scaligero, quod Belsazari apud Danielem ad minimum tres anni regiminis tribuendi sint, Laboros. uero apud Berosum nouem saltem habeat menses, nullamque esse Scaligeri conciliationem, qui Belsazaris annos sub annis Neriglissoris quatuor contineri arbitratus est, omni quippe ueterum testimonio destitutam. Nabonnidum tandem non Medium illum apud Megasthenem Cyri adiutorem, ex mente Scaligeri esse, ex eo conficit, quod Nabonnidus Cyro, Babylonicum regnum inuadenti, praelio obuiam fefe stiterit, urbemque moenibus firmauerit, quod Regis sit

rempublicam amantis , non prodentis. Quae omnia iudicio eo liquidius patetbunt, quando ipsa fragmenta dataque historica et rerum seriem omnem suo ordine infra exponemus.

- a) Vid. eius *aduersaria Chronologica* C. 13. p. 179 seqq. Inscriptio capitis est : *Belsazarem et Darium Medum, Babyloniorum Reges Danieli memoratos illum Euilmerodachum, hunc Neriglissorem Beroſi esse, Scaligeri sententia reiecta ostenditur.*
- b) C. 14. p. 184. seq. Spreto Canone Ptolomaei et Beroſo, probat hoc ex Scriptura, quae meminit anni III Belsazaris. Prouocat porro ad *Ch̄ronicon graecum Georgii cuiusdam*, nondum typis editum, qui αμάρτωλον et *Syn-cellum* se dixerit, alius tamen ab illo celebri *Tarasii Patriarchae Cpolitani, Georgio Syncello*, fuerit. Ita enim habere Codicem *Thomae Reinesii*: μετὰ δὲ Ναβυχοδόνοσος ἐβασικέουσεν Ουιλμερόδαχ υἱὸς αὐτῷ ἦτος Ε, addit *Conringius*: *Non est quidem Scriptor iste magni momenti, uidetur tamen in meliorem annorum annotationem incidisse.*

X.

Magnam in hac historia pietatis speciem praefert Iohannes Harduinus , a) sacras

sacras solum literas, ut ipse profitetur, secutus, qui tamen dum in eo est non modo historiam profanam contra Sancti Spiritus, uaticinia sua historiae huius characteribus saepe insignientis, uoluntatem, plane aspernatur, quod quidem ex uano in Iosephum odio, qui ueterum fragmenta nobis seruauit, profectum esse existimo, sed et pro genuino sacrum literarum sensu, quem non parum historia exotica adiuuat, sui ingenii commenta obtrudit. Videamus breuibus eius Systema. Nabuchodonosori filium tribuit Baltasarem ex C. I. Baruchi, sed hunc ante Patris mortem extinctum fuisse, regnumque interea Baltasaris, pupilli, nomine ab Eulmerodacho, unico quidem anno et postea a Nitocride matre, usquedum ipse Baltasar regni fasces capesseret, administratum, arbitratur. Contra hunc Baltasarem Darium Medum, Ahasueri filium atque Cyrum Persam arma sumisse asserit, qui tamen, urbe quamvis capta, b) uictoria uti noluerint, sed pacem hac conditione sancuerint, ut Baltasar fiduciario et clienteli iure regnum possideret, aut certe

Darrii posteri , siquidem Baltasar prole mascula decederet. c) Quae quidem tanta fiducia pronunciat , ac si ipsas tabulas huius pacis inspexisset , utut ipse confiteatur , se talia conieccisse ex eo , quod simili ratione ante annos LXX captam primo Hierosolymorum urbem Nebucadnezar Regi suo Ioachim incolumem , pactis seruitutis conditionibus , dimiserit , tum quod Daniel , Darium Medium Baltasari successisse prodat , nulla urbis obseciae mentione facta , non autem occupasse , aut suscepisse , nec sacrae literae , Baltafari liberos fuisse , unquam commemorent . Et hae sunt coniecturae , a contemptu Historiae exoticæ , incepto in libros apocryphos atque uitiosam uersionem vulgatam studio atque fauore suppeditatae , certe nimis leues , atque ad rem tam grauem expediendam nequaquam idoneae .

a) In *Cronologia V. I. numis illustrata* p. 558 b.

b) p. 558 a.

c) De hac commentitia Babylonis expugnatione Ieremiam et Herodotum locutos existimat p. 360 a.

XI.

Nuperrimus Auctor dissertationis de Dario Medo, qui etiam Harduinum sibi impugnandum sumisit, neutquam illo felicior est, in suis coniectandi rationibus, in quibus $\muέγα λίαν ἀγτημα$ supponit, et Chronologiam non parum turbat, omnesque characteres Canonis Babylonici peruerit. Scilicet occiso Belsa-
re, cum per factionem Nabonnedus in Regem fuerit electus, non omnes in e-
undem consensisse, sed Danielem alios-
que Belsazaris amicos ad Regem Medo-
Persarum tunc imperante, in sacris
Darium, in profanis Historiis Astyagen
appellatum, iuxta decretum diuinum
quidem, ait, respexisse. In quo, quod
Darium Medium cum Astyage eundem
faciat, nullum idoneum auctorem, si
graeculum unum alterumue sequioris
aetatis excipias, habet praedecessorem.
Nec mentio legis Medo-Persicae in Hi-
storia Darii Medi tantum ualet, ut ex
ea cum Auctore dissertationis colliga-
mus, Darium Medium antequam Baby-
lonis imperio potiretur, apud Medo-

Persas rerum summam tenuisse. Huic fundamento, quod posuit, Darium Medum esse Astyagen, reliquas coniecturas superstruit, et redeunte in Medium Dario, eoque a Cyro nepote ad incitas redacto, Nabonedum ad regni Babylonici possessionem tandem peruenisse, affirmat, atque ab hoc tempore annos eius imperii XVII duci iubet. Sed nemo facile ei condonauerit magnum Chronologiae hiatum, praecipue in Canone Nabonassareo, quando in tabula Chronologica subiuncta mortem Belsazaris anno Nab. 187, "primum uero Nabonedi, regnum recuperantis, anno Nabonassareo 193 cum Ptolomaeo statuit, et interuallo quinque annorum inter mortem Belsazaris et Nabonedum interiecto, Astyagen Babyloniam Mediae adiecissem, mox utroque regno electum fuisse arbitratur. Casus Belsazaris ad eum omnino spectat annum, quo Neriglissoor obiit, atque hic est iuxta Ptolomaeum annus Nabon. 192, a quo per characteres supra expositos vindicatosque non licet in annum quemcunque aliūm caedem Belsazaris reiicere. Tandem, qui in omni Historia

ria certissimus est, annus Astyagis a Cyro superati Olymp. LV primus, hunc cum anno eiusdem Olympiados quarto male permutat *Anonymous*.

a) A. MDCCXXII Mense Aprili pag. 20 sqq.
maxime imitatus *Wilbelnum Langum*, qui
eadem fere de *Annis Christi L. II C. XIV.*

XII.

Vidimus huc usque uarias de Successoribus Nebucadnezaris sententias, non quidem indoctas atque ab ingenio alienas, multum tamen a semetipsis atque ueritate dissidentes, quarum primum falsum, a quo reliqua dimanant, proximam Darii Medi, Belsazare extincto, successionem accusauimus supra. Age igitur, scopulum hunc euituro, nouam ex datis biblicis, luculentis Berossi et Megasthenis fragmentis, Herodoto denique et Ptolomaeo hypothesisin eruire liceat, sitque concordia, si qua obtineatur, Scriptorum sacrorum et profanorum ualidum pro illius ueritate argumentum. Nebucadnezarem igitur haud dubie exceptit Euilmerodach filius, Beroso Euilmaraduchus, Megastheni Euilmala-

malaruchus in fragmentis, Iluarodamus in canone Ptolomaei, leui mutatione, Librariis forte tribuenda, appellatus, ei-que omnium consensu duo anni attribuuntur. In codice sacro ignotus non est, ex quo uerum eius nomen modo produximus, utut minus recte a Chronologis fere omnibus locus Ieremiae, supra expositus, huc referatur, ex quo tamen non inepte colligas, eundem, Patre ad-huc superstite, Imperii fuisse Collegam. Hunc Neriglissoor, sororis maritus ob-morum prauitatem interemit, tradente Berofo, idem fere Megasthenes habet, qui Neriglissar uocatur. Scriptura eius nomen incorrupte seruauit, nominat-que eum Nergalsarezer, Ier. XXXIX, quem cum nostro eundem, ex muneris quod ibidem sustinet dignitate, quidam non male coniiciunt. Moriens reliquit filium, e filia Nebucadnezaris genitum, Laborosoarchodum Berofo, Labassoara-scum Megastheni dictum, qui post breue nouem mensium regnum pessimo disso-lutoque uiuendi genere Amicorum odia in se concitauit, ab iisque misere interfectus est. Liquido illud Berofus, nec

Megasthenes de eius uiolenta morte tacet, a Ptolomaeo autem in Canone ideo omissus est, quod annum imperando non impleuit, nouena autem menses, pro indole Canonis, quarto Patris continantur. In hoc uero Laborosoarchodo recte cum Scaligero Belsafarem Danielis quaerimus, cum omnia, quae de Belsafare Daniel, in eo reperiantur. Ipsum nomen, quod a corruptionis suspicione prope abest, atque docte a Wilhelmo Langio expositum est, nequaquam repugnat, Nebucadnezarem quoque Patrem habuit noster, ex filia Nepos, perditissimi mores, infaustus uitiae exitus apprime conueniunt cum his, quae Daniel toto Capite V memorat. Commode hic succurrit Herm. Conringii obiectio, quam sine responsione supra dimisimus, Laborosoarchodum apud Berolum $\pi\alpha\tilde{\imath}\delta\alpha$ nominari, sed Belsafarem Danielis concubinas aluisse, quod uix consistere queat cum hac aetate; at difficulter Conringius probabit, graecis $\pi\alpha\tilde{\imath}\delta\alpha$ hominem tenuissimae aetatis esse, non uero paulo adiutoris, ponamus, XXV annorum, ut apud latinos *Adolescens*, accedit, quod Scriptoribus graecis $\pi\alpha\tilde{\imath}\varsigma$ sit filius regius cuiuscunque aetatis.

a) Be-

a) *Berosus apud Iosephum contra Apionem Lib. I. p. 1045 et Eusebium Lib. IX, Praep. Euang. C. XL p. 455.* Nabucodonosor itaque postquam incloavit murum praedictum incidens in languorem de uita migravit, cum regnasset annos XLIII. Eius filius Euilmuradubus, regni Dominus effectus, et res iniuste atque proterue administrans, insidias passus a Neriglissore, suac sororis marito peremptus est, cum regnasset annis duobus. Illo sublato, Neriglissoor, qui ei insidias fecit, regnum sumvit, et regnauit annis quatuor. Huius filius Laboroſoarchodus, πᾶς ὁν, principatum tenuit mensibus nouem: insidias uero passus est eo, quod nimis appareret malorum esse morum, ab amicis extinctus est.

Megasthenes apud Eusebium l. c. C. XLI: Nabucrodonorus cum uaticinatus esset, repente euanuit, et filius eius Euilmuruchus regnauit. Hunc Neriglisares, sororis eius Vir, interfecit, et filium Labassearascum reliquit. Illo etiam nece uiolenta sublato, Regem creant etc.

b) Ad locum hunc Ieremiae istud adhuc, quod moneam, habeo, ex illo atque in Iudeos favore non apparere, Euilmerodachum rem iniuste atque proterue, ut *Berosus* ait, administrasse, forte haec propensio in Iudeos causa extitit odii Neriglissori, et testimonii tam iniqui Beroſo.

c) Grae-

c) Graeca *Berosi* apud *Iosephum* habent: ὑπὸ τῶν Φίλων ἀπετυμπανίδη. Quod explicat *Scaliger L. III Canonum Isagog.* p. 291 et ex eo *Christ. Adamus Rupertus ad Synopsin Beſoldianam* p. 54 ex grammaticis, tympanum esse lignum, quod σκυτάλην appellant, *ein Stock*, notatque in ueteri editione Danielis graeca, citante *Iustino*, lectum fuisse: Καὶ ἀπετυμπανίδη τὸ Ἡγελόν, pro quo hodierna ἀνηγέθη eodem sensu. Martyrii genus quoque Τυμπανισμὸς, quo Martyres fustibus examinabantur ad internacionem usque, id quod liquet ex 2 Macc. VI. 19. 30. et ex quodam *Eusebii* loco apud *Antonium Gallo-nium de Martyrum cruciatibus* p. 527. sqq. Cum Caesar responsum per literas misisset, illos, qui fidem Christi confiterentur, tympanis esse torquendos, Praeses Beatos Martyres ad tribunal deduci, iubet, iterum in quaestionem uocat, datque sententiam, ut qui municipes romani essent, percuterentur, reliqui amandarentur ad bestias. Vid. plura apud *Ioh. Brau-nium in Comment. ad Ebr. XI. 35. Suicerum Tom. II. Thesauri Eccles.* p. 1327. sqq. *Thoma Gooduinum in Mose et Aarone Lib. V. C. IX. §. II. Hieronymum Magium de Equuleo C. XII. p. 43 Mathiam Zimmermannum ad illud Tertulliani: Fiunt non nascuntur Chri-stiani Sect. II. §. CLXIII p. 356. Thomas Ga-takerus in Operibus Criticis p. 907 sqq. ampla*

pla dissertatione, τυμπανισμὸν uocabulum esse mortis violentae generale, multis exemplis asseruit. Scaligerum tamen Aristophanis scholiastes iuuat, qui τύμπανα scribit esse ξύλα, οἵς τύπτονται ἐν τοῖς δικασηγέροις οἱ τιμωρεῖμενοι.

- d) Vid. Henricus Doduellus in appendice ad dissertationes Cyprianicas §. 26 p. 12.
- e) Non piget eius verba adscribere ex Lib. II de annis Christi C. XIV p. 316. Idem est Ieremiae, Nebocadnetzar et Nebocadretzar, uel si graece dicere uelis, Nabuchodonosorus Berosi, et Nabucobodrosorus Megasthenis. Idem quoque Laboneth Herodoci et Naboneth Berosi. Sic ergo idem erit Nebucadretzar et Lebocadretzar. Liquidae enim in nominibus his Chaldaicis inter se permuntantur. Componuntur uero nomina Chaldaica ex binis ternis ue aliis. Sic Nebopolletzar componitur ex tribus נבו פול רצ' ut et Nebucadnezar sive Lebocadretzar נבו כרדרצ' et Ex quo fit Laboretzarcad לבו-רצר-כד secundo et tertio nomine inuicem transpositis.
- f) Impium sacrilegum Erysichthonem lucum Cereris uastantem Callimachus Hymno in Cererem u. 55 seqq. sic inducit loquenter: εἴπεν οὐ πᾶς ταῦτα δὲ ἐμὸν θαστὴν σεγανὸν δόμον, ὃν ἔνι δῆτας αἰὲν ἐμοῖς ἐτάροισιν ἄδην Θυμαρέας ἀξώ.

dixit

dixit Iuuenis: *Hae arbores meam reddent te-
et am domum, in qua epulum semper meis con-
fodalibus perquam iucundum praebebo.* Qui
locus ualde similis est Belsazaris Historiae.
Parthenopaeus inuito Ioue Thebas diruere
parans Ανδρόπος Aschylo dicitur, qui *Lyco-
phroni Νέανδρος*, uid. Ezechielem Spanhemius
ad Callimachum p. 688. Augustus annos iam
XXI natus cum exercitum contra Antonium
duceret, Romanis adhuc puer appellatus est,
uid. *Isaacus Casaubonus ad Suetonii Aug. C.
XII.*

g) Non modo Alexander ab *Arriano* dicitur
Philippi πᾶς Lib. IV p. 265. sed et Augu-
stus ab *Appiano* πᾶς Iulii. *Herodianus* Lib.
IV. C. 2. ait, moris esse apud Romanos, con-
secreare Imperatores επὶ διαδόχοις πᾶσὶ τε-
λευτησάντας.

XIII.

Huc usque Scaligerum sequi potui-
mus, nunc uero non statim cum illo ad
Darium Medium progredimur, quem
Scaliger cum Nabonedo eundem existi-
mat, qui iuxta Berosum et Megasthenem
Laborosoarchodo successit, nos uero di-
uersum facimus, adiuti tota huius tem-
poris historica analogia, ut ex dicendis

Cc pate-

patefiet. Interfecto igitur Belsasare summa imperii rediit ad iustum illius haeredem Nabonedum, quem Canon Ptolemaicus Nabonadium, Megasthenes Nabannidochum nominant, attamen non sine amicorum fauore, quod clare dicunt Berosus et Megasthenes. Repetenda hic sunt ea, quae supra iam de eius genere diximus, ubi ad Herodotum in primis prouocauimus, qui fugientem hoc loco Historiam sistit, et Labynitum *Patris nomen et regnum accepisse*, diserte profitetur. Si igitur Herodotus, prout par est, ex semetipso explicetur, colligitur, Labynito uerum nomen fuisse Nobonedo, cum pater siue auus fuerit Nebucadnezar, quod omnium consensu et ipsa temporum ratione recte statuitur. Commodo ex his explicari posse uaticinium Ier. C. XXVII. 7. iam supra indicavimus, uiam ab Uferio monstratam sequi. Per XVII annorum imperium, quod ipsi et Berosus et Canon Ptolomaei ascribunt, contra inualescentem Medo-Persarum potentiam se munire studuit, quam imperio in primis Babylonico existium portendere, praedixerat Daniel C.

V. 28. Fusissime Herodotus cum Babyloniorum de Medis timorem, tum ad auertendos casus conatus enarrat, nec obscure idem ex Berofo colligitur.

a) Scilicet iniustus regni possessor fuerat Nerglisoor et haud dubie reliquae Nebucadnezaris familiae suppressor. Quo igitur cum filio sublato, amici regii quasi libere eligentes, Nabonedo Euilmerodachi filio, regnum tradidere, quamuis istud iure, sed impedito adhuc, ad eum pertineret. Ita crediderim interpretandos esse ueteres.

b) *Berosus l.c. Hoc perempto coniuratores convenientes regnum communis suffragio tradidere Nabonedo cuidam, Babylonio, qui fuit ex eadem coniuratione: τινὶ τῶν ἐκ Βαβυλῶνος, οὐτὶ ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπισυνάστεως, pro quo perperam legitur apud Iosephum ἐπιστάστεως, quod mendum in recentissima Iosephi editione sustulit Job. Hudson.*

Megasthenes l. c. Illo etiam nece violenta sublato, regem creant Nabannidocbum, nulla cum eo affinitate coniunctum.

c) Lib. I. C. 188: *aduersus Nitocridos filium Lbynitum, Patris nomen et Assyriae imperium habentem, Cyrus exercitum duxit. Lib. I. C. 78. Medorum et Lydorum bellum quod erat inter Cyaxarem et Alyatten compositum fuisse,*

pacemque restitutam auctoribus conuentionis Syennensi Cilice et Labyneto Babylonio, ait. Absque ullo autem idoneo fundamento *Hadrianus Cbronol. V. T. p. 560* Labyniti nomen omnibus Babyloniae Regibus commune esse statuit, quod Herodotus peregrinus et barbarus in proprium deformarit. Nepos etiam hic Labynitus eius filius dici potuit, prout Arbupales Artaxerxis ex Dario nepos *Arriano L. I. C. V. appellatur: ὁ Δαρείς τὸ Αρταξέρξης παῖς.*

- d) Vbi Daniel ad Belsafarem: *Regnum tuum diuisum est, Medis et Persis traditum.*
- e) L. I. C. 185 seqq. Matris Nitocridos consilio et ope omnia peracta. Inter alia notaun-
ter Herodotus: *Animaduertens Nitocris im-
perium Medorum ingens ac pacatum, subacta
ab his multa oppida et inter haec Ninum,
praemuniuit se omnibus, quam potuit maxi-
me.* Longius causam metus repetit, cum
aliam nesciret, propior suppetit ex Dani-
elis uaticinio. Et paulo post: *Ad haec, quae-
cunque erat regio ad inuadendum oportuna,
et compendiaria ex Medis uia, banc interse-
psit, ne Medi commercio Assyriorum ipsius ne-
gotia cognoscerent.*
- f) Berosus l. c. *sub hoc Nabonedo muri Babylo-
niorum ciuitatis circa fluuium ex latere cocto
et bitumine sunt eleganter constructi.* Vid. in-
fra.

XIV.

Si quaestio instituatur: numne huius Nabonedi etiam mentio iniiciatur apud Danielem? non dubitauerim affirmando respondere, prouocarimque ad Dan. VII et VIII. si coniecturis philologicis aliquid liceret. Non uno constat ex hac Historia exemplo et Strabo liquidò asseruit, miram esse nominum in Regibus Babyloniae uarietatem, *a)* ne dicam corruptionem, in primis nomina ab idolo Bel siue Nebo sumta perpetuo inter se permuntantur, *b)* facta non modo literarum transpositione, sed et liquidae unius in alteram mutatione, quod non modo uidere est in diagrammate infra apponendo, in quo pro Nebucadnezar Herodotus habet Labynetus, pro Belsazar Berosus Laborosoarchodus, sed et in Berosi alio loco, qui Nabonassarem appellat, quem Scriptura Baladan. Quod exemplum simul ostendit, epitheta זְרַעַל וְאֶזְרָעֵל uel אֶזְרָעֵל alternis uicibus hisce nominibus iungi, unde facilis, nec inepta, coniectura, Nabonedūm Berosi non modo Labynetum esse, sed et Danielis cc.

ll. Belsazarem. Duplicem inde habebimus Belsarem apud Danielem, alterum, cuius mentio C. V. et alterum, Nabonendum nostrum, qui Darium antecessit. Et necessaria propemodum conjectura est, quia, ut recte contra Scaligerum monuit Conringius, Belsarsi, apud Danielem, anni ad minimum tres manifesto sint tribuendi, quod nunc commode fieri poterit, si Belsazar cc. ll. sit Nabonnedus. Si autem rigidus hic nobis obtingat aduersarius, ut Conringio satisfiat, cum Scaligero respondebimus, annos Belsazaris apud Danielem, Neriglissoris in Canone esse, utpote tutorio nomine regnum administrantis.

- a) Apud *Callimachum*, *Hymno in Dianam*, Dea haec petit a Ioue πολυωνυμίην ne hac secum Phoebus certare queat. πολυωνυμία igitur signum diuinitatis apud Babylonios. Plura post *Seldenum*, *Ezechiel Spanbemius ad Callimachum* p. 129 sqq.
- b) Videntur quidem ista nomina distingui Esiae XLVI. Cecidit Bel succubuit Nebo, sed conter, quae *Seldenus de Dzis Syris Synt. I. C. V.* p. 165 et *Synt. II. C. XII.* p. 340 sqq. notauit.
- c) *Campegius Vitringa ad Esiae C. XIII p. 509. Labynetus est ipsum nomen* siue כבוניט labonit

תְּבוּנִית, *quia Babylonii literas et ל permiscebant, cuius prior pars est in nomine Nebucadnezaris.* Sed mihi uidetur Labyneti et Nabonedi efformatum ex נָבֹן־אַרְן uel בֵּל־אַרְן prout sane Canon Ptolomaei nomen eius rectius legit: Ναβονάδιος uel loco אַרְן Dominus, quod non raro his nominibus subiungi solet, aliquando habuit אֵיתָן, quod est ualidus, robustus, unde Nabonidus, Labynitus, Nabonedus. A quo non longe ratione sensus distat בֶּלְשָׁאָצָר Belus, qui est Mars siue fortis. conf. Dan. IV. 5.

XV.

Quem uero Babylonici regni interitum omni studio auertere uolebat Nabonedus, Cyrus tamen attulit, non uana Danielis praedictione. Aderat terminus a Deo ipsi praestitutus et LXX anni, sub quorum decursu Babylonis iugum gentes portauerant, ad finem properabant, cum Cyrus Medo-Persarum Rex, foedus, quod cum hostibus suis Lydis Babylonii iunxerant, uindicaturus, cum exercitu accederet, occurrentes sibi cum Rege Babylonios prosterneret, imo ipsam Vrbem suae subiiceret potestati. Modum urbis captae fusius Herodotus

exponit, ubi in primis haec circumstan-
tia memoratu digna est, quod Cyrus,
fluvio in paludem reuocato, pristinum
eius alueum reddiderit perium, Persae-
que hac ratione improviso urbem intra-
re potuerint Victores, unde et factum
sit, ut quamuis extrema urbis pars iam
capta esset, nondum tamen, se uictos,
mediam inhabitantes, sentirent propter
comessationes, quibus propter festum a-
liquem diem indulgebant. Eleganter
haec conueniunt cum Ier. C. LI. u. 31. sq.
ut iam dudum obseruatum doctis inter-
pretibus. Rex ipse ad loca munita Bor-
sippen fugerat, unde istud apud Ieremi-
am de Angariis, urbis casum Regi nun-
ciantibus, de quo supra. Regem uero
Borsipporuī angustiis clausum, cum de-
ditione recepisset Cyrus, clementer de
eo statuit, atque Carmaniae praefectu-
ram concessit. Quo loco denique Sca-
ligeri notanda uenit ὑποθέσεως διλεία, qui
seruitutis annos LXX ad ultima Cyri pro-
ducturus, annos octo ab expugnatione
Babylonis ad Nabonedi ditionem et
plenum inde Cyri imperium interiectos,
nullo idoneo argumento nixus, arbitratur.

a) Conf.

a)	Conf. Ier. XXV. 12. sqq. anni ita colliguntur:
	Nabopoll. IV cum quo concurrit Ioa-
	kimi IV,
	Nabuchod. XLIII quo Seruitus coepit.
	Euilmerod. II
	Nerigliss. IV
	Nabonedi XVII
	————— LXX

b) Herodotus L. I. C. 77.

c) Lib. I. C. 191.

d) Eleganter *Hugo Grotius* in notis ad Ieremiae loca citata: *ut annunciet Regi Babylonis, quia capta est urbs eius ab extremo in una parte περὶ τὰ ἔχατα τῆς πόλιος, ut Herodotus. Et uada praeoccupata sunt (inuentus transitus per abaēti Euphratis transitum, et paludes incensae sunt igni) mumenta τῶν ἔλας, cuius meminit Herodotus. Ea mumenta sunt τὰ ἔξω τῆς πόλεως τείχη Berosō. hoc usque Grotius.* Quae aduersus Marshamum luculenter vindicat *Campegius Vitrina Obseru. Sacr. Lib. VI. C. V. p. 297* sqq. quem legisse, non poenitebit.

e) Vid. fragmentum Berosi loco apud *Iosephum* citato.

f) In notis ad fragmenta p. 15. Supponit quoque Chaldaeos tunc nouam illi, tanquam totius Asiae triumphatori, aeram instituisse.

unde primus annus Cyri apud Esdram sit in
Canone nonus, sed de his satis supra.

XVI.

Atque hic est exitus regni in toto Oriente quondam potentissimi, sed quae urbis fata post haec tempora fuerint, copiose edisserere, ab instituto quidem fores alienum, paucis tamen ea tangimus, quia impie nonnullis uisum est, uaticiniis diuinis euentum haud constare. Non modo Scaliger hic antiquum obtinet, *a)* quando Babyloni poenam excidii ab Esaia et Ieremia ipsi denunciatam, a Deo remissam statuit, uerum etiam Ioh. Clericus nouum Canonem criticum, nunquam, prout iactat, fallentem, ex hoc ipso exemplo adstruit, *b)* quo ueterum, in primis Prophetarum uerba, non in emphasi sua, sed *dilato* mitissimoque sensu, iubet, accipi, ne uaticiniorum implementum, cum magnificentiae uerborum euentus non satis respondeat, aliquis frustra quaerat. At Babylonam desolatamque eius rudera, quae Petrus de la Valle, sedulus orientis peregrinator, uix inuenire potuit, non lo-

quun-

quuntur, sed clamant, id quod ad uindicanda uaticinia, quae, dum *urbi aeternae* exitium minantur, in tempora et propiora et remotiora prospiciunt, sufficere uideri queat. Sed eam a Medis speciatim subuersam atque exhaustam historia perspicue docet sub nouo Persarum nomine huic aetati, qua Esaias floruit, nondum cognito. Insigni haec omnia Samuel Bochartus industria, ut solet, illustrauit, et allatis ueterum testimoniiis confirmauit, quem, c) si cum cura legisset Clericus canonem hunc nunquam fallentem, exemplis sacris non obscurasset.

a) *In notis ad fragmenta* p. 17.

b) *In arte Critica Part. II. Sect. I. C. IV.* p. 169 sq. edit. Lips. *Eiusmodi est*, inquit, *Propheetia de euersione Babylonis per Medos*, quae extat *Esiae C. XIII*, quae tanta uerborum pompa, tamque atrocibus loquendi generibus describitur, ac si debuisset solo aequari, incolaeque trucidari, aut captiui abduci, cum tamen nihil incommodi passa sit, nisi quod dominum mutarit, et Cyaxari quidem Medo primum, deinde Cyro Persae paruerit. *Herodotus L. I. C. 191. Xenophon Lib. VII Cyri. C. V.*

c) *Lib.*

c) Lib. IV. Geogr. Sacrae C. XV. p. 234 sq.
 digna in primis *Strabonis* uerba sunt, quae
 hic legantur: *Partem urbis Persae diruerunt,*
partem tempus consumsit, et Macedonum ne-
gligentia, maxime postquam Seleucus Nicator
Seleuciam ad Tigrim condidit stadiis tantum
trecentis a Babylone distatam.

XVII.

Cyrus autem regnum armis subactum
 honoris ergo Dario tradidit, Cyaxaris
 Medorum Regis filio et suo proinde pa-
 trueli, qui sub auspiciis Cyri nouam im-
 perii formam introduxit, et secundum
 Medo-Persarum instituta ius dixit, ut
 constat ex Daniele. Duobus saltem an-
 nis eius imperium contineri non quidem
 ex fabulis Xenophontis, sed ex charakte-
 re chronicō apud Danielem C. XI. u. 1.
 liquido probari potest. Iste enim, si
 comparetur cum Dan. I. 21, et C. X. 13,
 apparel, Cyrum tria habuisse initia, quo-
 rum primum regni Persici, sublato Asty-
 age suscepit, secundum regni Babylo-
 nici, cum Dario Medo, Imperii socio,
 a quo Daniel C. X. 1. annum Cyri tertiu-
 um dicit, quodque cum primo Darii
 diserte comparat angelus C. XI. 1. In eo
 pri-

primum quoque annum Cyri collocat Canon Ptolomaei, qui annos Darii Medi sub Cyro comprehendit, quo et editum de liberandis Iudeis in publicum emisit. Idem autem annus Cyri tertius usus alio loco primus est Danieli C. I. 21, dum uterque huic Prophetae emortualis est, ut ex collatione C. X. i. XII. 13 patet, unde tertium habemus initium regni nempe solitarii. Clare ex eo cernitur, Darium Medium duos saltem annos d) imperio praefuisse, rerum summa ad Cyrum statim redeunte.

a) Dan. IX. i. Cyaxaris nomen hebraice scriptum omisso קָשָׁר quod principem notat, est שָׁוְרָא חַשְׂמָלָה Propterea tamen Darius non est Astyages, ut falso *Wilbelmus Langius* l. c. Darius enim de semine saltem Medorum erat, Astyages contra Rex Medorum. Cyri tabula genealogica haec est:

Pbraortes Rex Medorum

I

Cyaxares

sive Ahasueros R. M.

Astyages R. M. Darius

I

Mandane filia - Cambysis nobilis

I

Persae uxor

Cyrus.

b) Re-

b) Regnum ideo Darii atque Cyri Dan. C. VI. 28 coniungit, imperiumque Babelis C. V. 28 inter Medos et Persas, ait, esse diuisum, quod ualet de Collegis imperii, non de successoribus, ut uult Scaliger. Commodo ex his, etiam ad mentem *Scaligeri* ratio loquendi apud Danielem C. VI. 1. *Darium accepisse regnum* *alio tradente explicatur*, Cyro scilicet, qui eum charactere regio insignitum Chaldaeis praefecit, utut in tabulis publicis suarum obleruationum coelestium, ex quibus Canon collectus, Cyri nomen, publico subiectionis documento, referrent Babylonii. Nec abhorret a genealogia Darii aetas LXII annorum Dan. VI. 1. Quod autem Darius, suscepito regno eius formam mutavit, illudque in CXX praefecturas diuisit iuxta Dan. VI. 2, quae diuisio postea apud Persas diu obtinuit, moribus Medo-Persarum l. c. u. 8. 15 administravit, ea omnia uictoris sunt, non hominis ex aliorum fauore degentis, qualis erat Nabonedus.

c) Etiam *Scaliger* tria Cyri initia statuit in *anima-duersionibus ad Eusebium* p. 81. et *Wilhelmus Langius* L. II. C. XIV de *Annis Christi*, unterque diuersa ratione. Nostram sententiam sistimus hac tabula Chronologica:

P. I. Æ. N.

4155 - 189 Cyrus apud Medos sublato
Astyage, An. XXI

4175 - 209 Cyrus Babylona capit.

4176 - 210 Cyri et Darii Medi annus primus in regno Babylonico, quo captiuitas soluta

4177 - 211

4178 - 212 Cyri tertius, quo Daniel mortuus, idem primus nominatur Danieli C. I. et 21.

d) Harduin in Chronologia V. T. p. 56; non nisi unum Darii Medi annum agnoscit, secutus suam uulgatam, quae Dan. IX. 1. anno uno regni eius. Verum unus est primus annus, quem alii consequuntur, non modo hebraeis, sed et optinens Scriptoribus graecis.

XVIII.

Si consensum Historiae profanae requiras, spectat huc omnino uaticinium, Nebucadnezari a Megasthene tributum, et ex ipsis rerum euentis ab hoc Auctore collectum. In eo Medus quidam, Cyri in adferenda Babylonis seruitute adiutor et Assyriorum gloriatio diserte nuncupatur, quod merito de Dario Medo Cyri socio et Assyriorum postea domino, interpretamur. Sed ualde hic a nobis Scaliger dissentit, quem opinio fefellit, quasi uere Nabuchodonosor hoc uaticinium ediderit, timens pericula a Nabonedo, tanquam homine peregrino (quod supra

supra refutauimus) Cyro Babylonios prodituro et idcirco diras quasuis promerente. Sed quis non uidet, haec omnia a Nabonedo, quam longissime, esse aliena, de quo prorsus contraria Scriptores chaldaici et Herodotus nobis supra retulerunt. At inquit Scaliger, urbem reliquit Borsippen fugiens, et ita prodidit, uerum et haec contorta sunt, et nimis longe petita. Rectius igitur commentitium hoc Nabuchodonosoris uaticinium ad Darium Medium applicamus, cui aeque ac Cyro ex suopte ingenio imprecatur Megasthenes, ineptus rerum iam praeteritarum uates. Certe imposturam subesse, statim initium uaticinii prodit, quando oraculum, a Pythia Croeso Lydorum Regi redditum et ab Herodoto conseruatum: *de Cyro Mulo*, Nabuchodonosori affingitur, imo ex ipso Daniele Propheta depromtum existimo, quando Megasthenes ait, Seruitutis iugum daemonum ope Babylonii fuisse impositum, quae utique iuuabat congerere, quo commentum hoc uaticinii speciem mentiatur.

a) Affert illud ex *Megasthenē Abydenus apud Eusebi-*

Eusebium de Praep. Euang. Lib. IX. C. 41.
uerba sunt: *Veniet Perses mulus, qui uestrorum daemonum ope usus, seruitutis iugum afferet. Eius uero adiutor erit Medus Assyriorum αύχημα.*

- b) In *notis ad fragmenta* p. 19. sq.
- c) Lib. I. C. 55. ὅταν ἡμίονος βασιλεὺς Μῆδοι σι γένηται, quod de Cyro explicatur C. 91.
- d) Vid. Dan. X. 13. 22. ad quem locum praecclare *Ioh. Dougtaeus in Analectis sacris Excursu CLXVIII.* p. 287. sqq. conser et alios de Geniis ἐθνάρχαις Scriptores, magno numero allatos *Ioh. Alb. Fabricio in Bibliotheca antiquaria C. VIII.* §. 20. et 27. p. 261. et 280. quibus addi possunt *Balbasar Beckerus in Mundo fascinato* Lib. II. C. XV. et *Antonius uan Dalen de Origine et progressu Idololatriae C. IX.* p. 173.

XIX.

Ioh. Marshami sententiam, cum in enarrandis uariorum hypothesibus supra uersaremur, silentio praetermissimus, cuius ratio est, quod Conringium ille plurimum secutus, in paucis saltem ab eo discesserit, quae inter praecipuum est, quod Neriglissorem a Dario Medo seiungat, quamuis eundem et filium gente Medos fuisse, existimet, hoc

usus argumento , quod inscriptio Canonis Ptolemaici , Reges Assyrios atque Medos promittat, de quo supra. *a*) Dario Medo autem, Polyaeno in Stratagematibus $\Delta\alpha\rho\tilde{\alpha}\sigma\pi\varrho\tilde{\omega}\tau\sigma$ appellato, regnum quoddam Medo-Persicum tribuit, *b*) a se primum in Scriptoribus antiquis reperatum , atque simul negat, in sacris uel exteris literis, quicquam de Babylonico Darii imperio occurrere. Quodsi quis clara Danielis uerba C. IX. 1. obiiciat, in promptu penes ipsum responsio est, per regnum Chaldaeorum ibi Susiana intelligi oportere, quam Darius, expugnatis Susis, *c*) Babyloniis subtraxerit, eamque expugnationem Ier. L. indicari, si nempe loco Sesach ibidem per Kibbutz Susach uel Susan legas. Verae huius commenti origines ex obscuris Aeschylis uersibus repetendae sunt, qui et Thomae Stanleio locum talia coniectandi fecerunt, quod non parum Graecolorum quorundam omnia hic miscentium, confusio tenebraeque adiuarunt. Tempus, quo Darius Susa coperit, atque inde Babylonici imperii initium fecerit, Marshamus ex uisione, Danieli anno Darii primo, post ingens

21 dierum, siue ex Marshami interpretatione, 21 annorum iejunium oblata, inuestigare studuit, *d)* cuius iejunii initium in excidio urbis, annum XXI autem in anno Nebucadnezaris XIX pro hypothesi, supra excussa, statuit, a quo tempore usque ad auspicium Cyri, quem unctum principem Danielis C. IX interpretatur, annos 49. siue septem Danielis Hebdomades numerat.

a) In *Canone Chronicō* ad Sec. XVIII. p. 596. sqq.

b) p. 604. sq.

c) p. 606. sq.

d) p. 611. sq.

XX.

Quilibet hic euidenter cernit, quem impium sibi scopum Marshamus fixerit, Danielis euidentissimum de Messia uaticinium in fauorem Iudeorum corrupturus, qui pessimi conatus, nisi facta simul scriptorum ueterum corruptione, succedere utique non potuerunt. Etenim quicquid sit, nominet Aristophanis Scholiaſtes atque Suidas Darium, Dario Hyſtaspis antiquiorem: Polyaenus tamen, loco a Marshamo allato, de Dario

Hystaspis, ex Marshami sententia secundo loquitur, nec aliud ille uult, quam Darium tributorum gentibus impositorum primum fuisse auctorem, id quod Herodotus loco infra citando, egregie confirmat. Absconum uero est, quod Marshamus huc locum trahat Dan. VI. I. Darius Medus suscepit regnum, eumque de rationibus regni susceptis explicat; quae exegesis a uero sensu uerborum longissime abest. Ad Aeschylum quod attinet, qua ratione ille uerae historiae aduersetur, non uideo, si animo ab hypothesibus, temere effectis, libero expendatur. Apud Scriptores ecclesiasticos autem, Syncellum, Cedrenum, auctorem Chronicorum Alexandrini maxima rerum confusio dominatur, cum Syncellus Astyagen, quem unicum nouit, cum Naboedo Babylonio misceat, atque Hieronymus immanni errore chronicorum magnam illam expeditionem Scythicam, quae ad Cyaxaris senioris tempora pertinet, ad Darii Medi aetatem referat. Ex his tenebris, fabulis Xenophontis subinde admixtis, obscuro Aeschylus loco lucem conciliare studet Marshamus, cuius sensum

sum ex Herodoto hunc reddimus cum Campegio Vitrunga, quod scilicet Cyaxares Rex bello strenuus primus fuerit, qui Persis a Patre Phraorte subactis praefuerit, quem cum tertius Cyrus nempe felix uir, eius nepos exciperet gloria persicae gentis ad summum peruerterit.

a) In *Stratagematibus* L. VII. C. II. p. 487. Δαρεῖος πρεστός Φόργες ἔταξε τοῖς ἑθνεσιν. *Herodotus* L. III. C. 96. conf. *Barnabas Brissonius de regio Persarum principatu* L. I. p. 258. sqq.

b) *Medus erat primus dux exercitus urbem autem Susorum euacuavit cadentem alter eius filius opus perfecit tertius ab illo Cyrus felix Vir.*

Hic uersuum ordo *Scaligeri* ingenio *Marshamus* atque *Stanleius* debent, sed alterum, erroris causam, alieno loco positum, suo restituit *Vitrunga*. Cyri praedecessores honoris ergo Reges appellat Persiae, sed non distinctos a regibus Mediae. Vberrimus in examinando hoc regno Medo-Perlico est *Campegius Vitrunga Observationum Sacrar. Lib. VI. C. IV. p. 275.* sqq. adde *Conradi Samuelis Schurzfleischii* dissert. de initiis Medo-Persarum.

XXI.

Ad Susorum expugnationem ut perue-
niamus,

niamus, quacunque demum ratione se res habeat, nequaquam ea ad florentissima Nebucadnezaris tempora spectat, quibus Babylonici imperii fines potius latius extensi, quam in angustias redacti furerunt, Cyaxares etiam Nebucadnezari foedere iunctus erat belisque socius, testibus Scriptoribus chaldaicis. Praecipuum autem sententiae fundamentum, quod Marshamus Ieremiae C. 50. quaerit, maxime ruinofum imo nullum est, cum totum hoc caput de Babylonis excidio manifeste loquatur, atque Babylonis filia sit ipsa Babylon, perinde, ut apud Zachariam filia Ierusalem est ipsa Ierusalem. Nemo autem adeo Marshamo indulget, ut uariantem illi lectiōnem concedat, pro Sesak, Susan substituendo, quod animum hypothesis etiam per desperata media iuuantem satis prodit. Sub Sesak ^{a)} enim et Rege eius ipsa Babylon latet, capta in solemnitatibus festi *Caxayas*, quod, Berofo teste, Babylonii die XVI. Mensis Loi S. Augusti, iis ritibus celebrabant, qui cum Saturnalibus Romanorum, in quibus servi conuiuio, Dominis seruilia officia ob-

eunti-

euntibus, excipiebantur, maxime conuenient, quae ratio est, quod Herodotus memorat, Babylona festo quodam die in hostium peruenisse potestatem. b)

a) Vid. Ier. C. 50. u. 21. et C. 25. u. 26. שׁ

in שׁבָּשׁ celebri cuidam Philologo specialem sensum habere uidetur: *festum Saceam celebrare*, unde uerba Prophetae שׁבָּשׁ בְּכָרָה, uerit: *Capta est Sesach*, siue urbs, quae Saceam celebrat. Festi huius memoriam ex Beroſo in primis, praeter Strabonem et Dionem Chrysostomum, Athenaeus L. XIV. Dipnōf. conservauit, ubi simul conferendi *Isaiah Cisaubonus in notis*, Scaliger ad fragmenta, Ioh. Seldenus de Dīs Syris Synt. II. C. XIII. p. 342. sqq. Gerhardus Vossius de Origine et progressu idolatriae L. II. p. 416. Cáraca Hesychius interpretatur σκυθικὴ ἐορτὴν, *festum Scythicas moribus*, *Scythica ueste celebratum*. Mihi in שׁ literae unius organi ו et ס uidentur permutatae, unde Sesak a radice סְכָבַת texit, obtexit, duxerim, a qua radice, qui Germanis Celtae, utpote in tentoriis habitantes, ab Orientalibus dicti sunt Sacae, Scythae a סְכָו tabernaculo tugurio. Scilicet per anomaliā uerbi media radicalis cum praeuio puncto excidit, praefigitur ו ex pronomine שׁא, exciditque sine necessitate Dagesch, com-

modo uerborum sensu inde fluente: *et capta est urbs, quae Scythians sive Scythica facta est*, propter assumtos in Scythico festo, Scythicos mores. Miror haec non perspexisse doctiss. *Campegium Vitrina*, qui in *Commentario ad Apocalypsin* p. 634. in explicando קב Cabalistam agit non interpretem: *Nomen inquit Babelis mysticum קב apud Ieremiam continet uocem ו ו sex et statuam Nebu-caanezaris, quae 60 pedes alta et sex lata erat.* Add. Lib. VI. *Obseru. Sacr. C. IV.* p. 300. sq.

- b) Admirandum hic latet Dei iudicium, seruitutem Babyloniae eo die, quo eius uaticinum de seruitute Chamitarum publico traducebatur ludibrio, inferentis. Audi de Satalibus Bochartum in *Geograph. Sacra L. I. C. I.* *Noa Chamum execratus praedixerat fore, ut eius posteri serui essent seruorum, atque id impletum in Cananaeis - - - Sed Chami posteri seriam maledictionem conuertere conati sunt in rem ludicram, quasi oraculum impleturi, aut elusuri uerius, bac seruitutis imagine.*

XXII.

Tandem manifestis uitiis Chronologia Marshami laborat, cuin, ab Hierosolymorum expugnatione ad primum Cyri annos septuaginta fluxisse, fallissimum

mum sit. Principium etiam petit Marshamus, quando iejunium trium hebdomadarum ex Dan. X. interpretatur de iejunio, quo ad uisionem C. IX. se parauit Daniel, hoc enim ad annum Darii primum spectat, illud ipse sacer uates C. X. i. ad annum Cyri tertium refert. Sed simus liberales et 21 dies huius iejunii de 21 annis interpretemur, exordiamur etiam illos ab excidio Vrbis, annus tamen uigesimus primus huius iejunii neque imperium Cyri persicum, neque Babylonicum attingit, imo malitiose ab hoc iejuniorum anno uigesimo ad Cyrum usque numerari iubet annos 49. siue VII Hebdomadas Danielis ex C. IX, cum ipse Spiritus S. iejunium hoc cum anno Cyri tertio diserte connectat, atque adeo omnem Marshami conatum relinquat inanem. Quibus non obstantibus, cardinem totius negotii in hoc uaticinio Danielis, suam VII. Hebd. Epocham constituit, quo fundamento sublato tota commentorum strues, quibus clarissimo huic uaticinio tenebras offundere uoluit, simul collabitur.

ADDENDA ET EMENDANDA.

Pag. 24. u. 16. ad uerba : *fragmentis Montfauconianis* adde: Codex Alexandrinus τῶν ὁ cum Iosepbo ac Philone, obseruante Antonio uan Dalen de Ortu et Progressu Idolatriae et superstitionum Lib. I. C. VI. p. 123, habent ὅι Αγγελοι τῷ Θεῷ, dum Aquila νιοὶ τῶν Θεῶν, sensu forte non alio, ut uult Hieronymus in notis apud Montfauconium l. c. Verbum hebraicum ELOIM communis est numeri: et Deus quippe et Dii similiter appellantur, propter quod Aquila, plurali numero, filios Deorum ausus est dicere Deos, intelligens Sanctos siue Angelos. Deus enim stetit in Synagoga Deorum: in medio autem Deos discernit, unde et Symmachus istiusmodi sensum sequens: ait: Videntes Filii potentium filias hominum et reliqua. Maximus Tyrius Diss. I. p. 5. Θεὸς εἷς πάντων βασιλεὺς καὶ πατήρ, καὶ Θεοί πολλοί, Θεῷ πάρδες, συνάρχοντες Θεῷ: Deus unus Rex omnium et Pater, et Dii multi, Dei filii, et diuini imperii socii. Adiicit in sequentibus Tyrius Φίλοι: Θεῷ πάρδες καὶ Φίλοι. Similiter Hierocli ad aurea carmina p. 38. et Imp. Juliano Orat. II. p. 90. Genii sunt ἔκγονοι, καὶ πάρδες τῷ τῶν Θεῶν βασιλέως, genati filiique Dei summi, etc. Ex quibus lucem accipient verba Nebucadnezaris Dan. III. 25. et species quarti similis est filio Dei,

non

non illi, Trinitatis Personae secundae, Patri co-aeterno, quem, ut probe *Hieronymus* ad h. l. aduertit, Nebucadnezar tunc ignorauit, sed genio et angelo, ut *Symmachus* apud eundem: *Species autem quarti similitudo filiorum Deorum.* Sed non laborabimus in refutanda hac sententia, quae Genios reuera cum filiabus hominum commercia habuisse statuit, cum nemo hodie in tanta scientiarum luce ei fidem adhibeat. Videtur autem ueterum error fluxisse ex Philosophia Platonica, quae Genios hominum natalibus praeesse docebat, unde *Orpheus*, *Hymno in Daemonem*, Genium dicit παγγενέτην, Βιοδώτορα Συντῶν, omnium genitorem uitaeque humanae largitorem; quasi Genii Virorum ante diluvionem celebrium progenitores, non proprie, sed hoc sensu fuerint, quod, prout *Iamblichus*, Philosopherus Platonicus ait: *Heroes ex facultatibus Deorum uiuificis descendant et ab iis animarum perfectissimae sumantur.* Sed mittamus haec a Mosaica Phrasí cit. loc. certe aliena. Per *Symmachī δυνασένοντες Hieronymus* etiam Genios intelligit, non disquiro, quo iure, sed addo, quod ex ueterum sententia Genii etiam fuerint παμβασιλεῖς, *Reges buius uniuersi*, Theologos antiquos Θεῶν παρδας appellari ex Platonicis aduertit *Andreas Christianus Eschenbachius* in *Epi-*
gene p. 132.

Eadem pag. ad not. d. Praeviuit his omni-

minibus *Onkelos*, Paraphrastes Chaldaeus, sed ornauit praecipue sententiam hanc CL. quondam Lipsiensium Theologus, *Godofredus Olearius* in dissertatione *de Angelis desertoribus et captiuis ad Epist. Iudee u. 6*, qui ipsum Spiritum S. i. Petr. III. 18. 19. Nephilaeos antediluvianos authentice interpretatum esse, existimat, per Principes, penes quos ante diluvionem fuerit rerum summa. *Christus*, habent uerba Petrina, *mortificatus carne uiuificatus spiritu*. *In quo et his, qui in carcere erant, spiritibus, ueniens, praedicauit, qui increduli erant aliquando in diebus Noë*. Magnam difficultatem in re plana Vir doctus quaerit, quo Scholae Caluinianae, descendunt Christi ad inferos neganti, faciat, in uerbis scilicet: τὰ ἐν Φυλακῇ πνεύματα, quibus, quasi ante non habuerint, commodam interpretationem studet conciliare. Proinde ait: εἴησαν ἐν Φυλακῇ sueto Graecis dicendi genere esse: *Custodem agere et Pastorem*, Regem autem et Principem per excellentiam Custodem dici posse, sibi, postulat, concedi, cum Φυλακῇ omnibus, qui publicis officiis funguntur, a sacris Scriptoribus tribuatur, atque sensum parum dissito, *Agamemnon Homero* sit ποιμὴν λαῶν. Non dubitat igitur τὰ ἐν Φυλακῇ πνεύματα Principes esse gentis antediluvianae, qui praefidebant, atque curam Populi gerere debebant. Fateor, si ad V. T. dictionem diuertamur, Principes cit. loc. בְּנֵי־אֱלֹהִים *Bne Elohim* dici posse, sed πνεῦμα ἐν Φυλακῇ nunquam uel

uel in sacris uel in profanis Scriptoribus de Principe uel Rege occurrit, phrasisque haec sacra non spectanda est, quid per grammaticas quacunque analogias significare possit, sed quid ex usu atque Scriptoris intentione actu significet. Ait Olearius per *πνεῦμα* ad superbiam horum Principum, indolemque imperio intentam respici. Non ignoro *πνεῖν*, a quo *πνεῦμα*, ad indolem animi referri a Scriptoribus graecis, prout *Hesychio* *πνεῖν* est irasci, quod superbum esse solet, unde *πτωχοὶ τῷ πνεύματι* apud Matthaeum sunt humiles, qui spiritus gerunt fructos, deiectos ac submissos, sed *πνεύματα ἐν Φυλακῇ* multo planius ueriusque ad normam sensumque uocis *Φυλακῇ* Apoc. XX. 7. explicitur de animabus separatis in inferno detentis, a qua uerborum proprietate, ut ad significations alienas recedamus, necessitas nondum apparet. At arripit Vir doctus lectionem uarian-tem *Rob. Stephano et Marchioni Velefio* annotatam, qui pro *πνεύματi* in singulari legunt *πνεύμαti*, ex qua sensum dicti Petrinii hunc elicet: *Christum, Spiritu, siue diuinæ suae naturae uirtute uitae restitutum in eodem Spiritu iuxta banc diuinam naturam descendisse in Praecone Iustitiae Noa, in quo, ut in omnibus Prophe-tis, etiam ὁ λόγος, saluti hominum ab initio rerum intentus, atque praedicauisse Principibus, corruptionis antediluvianae praecipuis auctoribus.* Sed sensum hunc, ui summa uerbis Petrinis illatum,

maxime ruinoſo fundamento ſuperiſtruxit, cum Stephanianam hanc lectionem ne quidem anno-
tauerit *Millius*, uix dignam, quae aliis Codici-
bus antiquis praefeſeratur, Merchionis *Veleſii* au-
tem uariantes fidem iam dudum perdiſerunt
inter Criticos ſagacioreſ, cum ad Codices ſae-
pe prouocet *Veleſius*, fauore ſuae Vulgatae ab-
reptus, quos nemo potuit inuenire. Mirum au-
tem in modum fallitur, quando ἐγενγόρεις ue-
teris Eccleſiae Patrum huc trahit, quaſi illis Pro-
ceres Vigilesque populi antediluiani indicentur;
cum per iſtos Vigiles apud antiquos intelligan-
tur Angeli, quos Φύλακας dixit etiam Imp.
Julianus, *Oratione ad Solem*. Petrus contra for-
mula hac conneſtendi ἐν ὥ, ut arbitror, plane non
reſpicit πνευμα, neque huius, neque anteceden-
tis conimatis, ſed ſtatum Christi, ad inferos
deſcendentis. Ἐν τάτῳ, ἐν τῷ δὲ paſſim inſeruit
historicis in connexionibus, ualetque: *inter- ea*, interdum particulam ἐν temporis quandam
circumſtantiam notat, ut apud *Arrianum de Alexan- dro*: ἐν πότῳ cum potationi indulgeret, a-
pud *Thucydidem* ἐν τῷ σπουδᾷς, cum induci-
ae eſſent, unde in applicatione ad locum praefeſ-
tentem ſenſus erit: *In quo uiuificationis ſc. ſtatu conſtitutus*, abiit etc. Tandem, ſi lectionem
quamcunque in ſubſidium hypothefeoſ uocari,
licet, aduoceamus eodem iure aliam, *Oleario*
ualde aduersam, qua codices nonnulli cum uer-
ſione Syriaca et Aethiopica *Rufino* et *Augustino*
ad

ad πνεύμασι ἐν Φυλακῇ addunt κεκλεισμένοις,
occlusis, ut eo melius pateat, quid per Φυλα-
κὴν indicetur. Vid. *Ioh. Millius* ad h. l. atque in
Prolegomenis n. 755.

P. 32. u. 2. ad: *qui aliis multis placuit:*
quasi impenitentes isti homines temporalibus
calamitatibus iustitiae diuinæ satisfecerint. Ex
nostra itaque sententia sic accipienda sunt uerba
Dei, nolle se amplius æquissimo clementissi-
moque suo imperio politico hominibus carnali-
bus sibique rebellibus præesse. Sed iam præ-
uideo quorundam dissensum, quibus haec exe-
gesis nimis diluta uidebitur, magisque placebit
receptus inter nostrates oraculi sensus de officio
Spiritus S. elenchtico hoc modo: *non conten-
det in perpetuum Spiritus meus cum hominibus,*
cum tempus sit, sumendi ab illis poenam, quod
per me quidem licet, habeo tamen, quod ad
eandem interpretationem moneam. Primo enim
יְהוָה Dun nullibi habet notionem arguendi et
conuincendi, nisi huc referre uelis 2. Sam.
XIX. 9, ubi Israelitae de iniuria Dauidi illata
et ingrati animi erga illum uitio sibimetipsis iu-
dices erant atque ad meliora conuertebantur.
Deinde, si Deus hominibus ἔλεγχον Spiritus S.
amplius superfuturum negat, qui potuit illis
CXX annorum agendæ poenitentiae statuere
spatium, cum sine potenti Spiritus S. conuicti-
one nemo poenitentiam agat? Tertio יְהוָה Dun
et

et מַרְןָ Madon, quando de contentionibus in sacris occurunt, in partem deteriorem adhibentur, unde uix crediderim eodem nomine etiam sanctissimi Spiritus officium uenire. Interm non nego, cum regimine Dei politico coniunctum etiam suisle gratiosum, et negato illo, negari et hoc, ni resipiscant, qui tensus tamen realis potius est, quam uerbalis.

P. 40. u. 3. ad uerba: *ante Homerum extitisse*: et alium Diodori Sic. Bibl. Lib. II. Ηρόδοτος κατὰ Ξέρξην γεγονώς τοῖς χρόνοις: Herodotus Xerxis tempore uixit.

P. 48. u. 5. ad uerba: *coelum contingens*, et alijs Homeri locus Odyss. M. u. 74. sqq. de scopulo ad Scyllam: ὃ μὲν ἔρεσθαι ἐνεργὸν ἵναντες ὀξεῖη, πορφυρῆ, νεφέλη δὲ μιν αμφιβέβηκε κυανη, hic quidem altum coelum attingit acuto uertice, nubes autem ipsum circumdat obscura. Phrasis haec si quem in Mose cum Imp. Iuliano offendat, tribuat eandem uanitati aedificantium.

P. 54. u. 23. ad uerba: *abunde probauit*: Auctorem autem Drusiana obseruatio habet R. Salomo Ben Melech in Michal Iophi, qui ad Gen. X. inquit: *Construacio fit cum nomine Domini ad multiplicandam Nimrodi potentiam, quemadmodum Vrbs magna Dei, item sicut montes Dei: et buc inclinat sententia Onkelosi, qui transfert fortis.*

P. 67. u. 19. ad Nonni uersus: Equidem probe scio haec nomina omnia apud *Nonnum* referri ad Solem, ad mentem quidem eorum mythicae Theologiae interpretum, in primis Platonicorum, qui, cum Historiam in ea latitatem ignorarent, ad Allegorias confugiebant et omnia eius ad sensum metaphysicum et physicum trahebant. Non patitur institutum, dum de Imperio Babylonis et Nini exponimus, ut ad Theologiam Babylonicam descendamus, alio loco fusius explicandam. Interim *Nonni* uerba ex parte non ex toto nostra facimus, hoc sensu, Chamum a Babyloniis, Libyis, Aegyptiis, Arabibus et Assyriis denique, in Babyloniorum sacra transeuntibus, honoribus diuinis donatum fuisse, etiamsi sub Apide Niliaco Osiridem potius quam Iouem Hammonem latere constet.

Ad p. 68. u. II. ad uerba: *mutarunt in ἀρετὸν*: Quae nominis mutatio indicio est a Graecis Asiaticis, Aeolibus speciatim, quorum dialectus proxime, ut constat, ad orientales linguis accedebat, mundi partem aetheream alio nomine uenisse, forte a latino uocabulo Coelum non procul recedente, quod a Graecis Asiaticis, ut multa alia, accipere potuerunt Latini. Non nescio Grammaticorum dissensum circa uocis Orthographiam et Etymologiam, uid. *Iac. Perizonius ad Sanetii Mineruam* p. 805. et 837. Festus no-

tat Coelum a Poëtis dici *Cobum* idque descendere a *Chaos*, sed Chaos optime Sam. Bochartus atque Edmundus Dickinsonius Orientale כהוֹת *Cabut*, *tenebrae*, esse sentiunt, uere omnino, cum *Sanchoniathon* iuxta Philosophiam Orientalem, cuius filia Graecanica, rerum exordium siue Chaos statuat *aërem tenebrosum*. Antiquum porro Aetheris nomen Graecum a sequioribus Scriptoribus in ἥγανος mutatum, quae vox originem agnoscit אָוֶר Or, hebraeorum Lux, ex eo colligo, quod Philosophis interdum ἥγανος uniuersam naturam cum omnibus rebus conditis coelestibus et terrestribus significet per Synonymiam τὸ πῦρ, cui respondet Orientale כָּל col. Imo *Coelum*, proprium nomen Noachi fuisse, cuius rationem, quam dedimus, aliam uix reperies, docet inscriptio apud *Ianum Gruterum*:

OPTIMVS. MAXIMVS. COELVS. AETERNVS

P. 72. u. ad uerba: *ausus non est*: Adscribemus integrum Diodori locum, quo Virorum doctorum de illo sententiae iudicio magis pateant: *Affyriorum Rex Ninus, allefacto in societatem Arabum Rege exercitum duxit aduersus Babylonios, Arabiae conterminos.* Nondum enim condita erat *Babylonia*, sed aliae circa urbes nobiles incolebantur, quibus propter armorum desuetudinem facile superatis, tributoque imposito Regem eorum cum siliis captum, interemit. Quibus

bus *Diodori* uerbis iuste omnino usi sunt *Nicolaus Abramus*, *Christophorus Adamus Rupertus* aliquique eo, ut *Ninum Beli Babylonici filium*, proprie talem fuisse, et *Babylonicum Assyriumque imperium ab initio idem fuisse*, eo ualidius negarent. Sed ita non uidetur sentiendum de *Stephano Morino*, cui iste *Diodori* locus inseruire cogitur ad demonstrandam Chauilae, Chusi filii, sedem, quo tamen Vir doctus, cum res de *Situ Paradisi terrestris* penes ipsum penitus sic confecta, opus non habuisset. Arripit ex *Bocharto*, Nemrodum sub nomine *Nini*, *Filiī*, *Diodoro* describi, quod eius suppositum est et reliquorum fundamentum. *Ninus*, si uerum dicere fas est, appellatiuum et generale nomen est, non proprium, quae ratio permittit, ut etiam *Nimrod Chusi* uel *Louis filius*, cuius distinctam mentionem, extra seriem filiorum Chusi aliorum, propter excellentiam, ut *Bochartus* ait, *Moses iniicit*, potuerit eius filius dici *κατ ξένην*. Notanter aio, quod potuerit, nam quod reuera dictus sit, nullum in Historia apparet uestigium. Largiar istud *Bocharto*, eiusque sectatori *Morino*, quod inde etiam erroris materia sumserit *Ctesias*, atque *Ninum hunc cum Assyriaco confundens*, *Assyriaci imperii Chronologiam ad tempora, diluuioni proxima, euexerit*, prout eadem similitudine nominum deceptus, *Semiramidem cum Astarte Babylonica eandem fecit*, eique *Babylonis ortum attribuit*,

ex eo, quod Astarte sit *Venus Vrania* et Semiramis ipsa uocis significatione atque cultus accumulatione etiam *Vrania excelsa*. Reuera autem Ninus et Semiramis, Assyriaci homines a Nimrodo et Astarte diuersi sunt, ut docet illustris *Berosi* locus, infra adducendus, in quo non modo Semiramidem quandam Assyriacam agnoscit, sed et Babylonam ab ea conditam, diserte negat. Ninum etiam a Nimrodo patria tempus familia et res gestae aperte distinguunt, Ninus enim Assyrius est, Nimrod Chusaeus et Arabs, Ninus Iiacis temporibus fuit proximus, Nimrod gentium dispersioni, Ninus uxorem habuit Semiramidem, Ninyamque filium reliquit, Nimrod regni haerede et successore caruit omnino, Ninus Regem Babyloniae bello captum cum liberis interemit, Nimrod coepit potens esse in terra, quam potentiam sacer Scriptor mox de regia interpretatur, atque adeo Regem ante se non admittit. Sed his omnibus non obstantibus, ponamus, Ninum esse Nimrodum, et videamus, quibus rationibus, hoc praestructo, *Morinus* ex Ariaeo efficiat Chauilam. Αριάδην formari dicit ab ἄρης ut ἄρειος, quae uox *Martium* et *bellicosum hominem* notet, perinde ut *Hesychio Euváλιος*, hactenus bene, quando autem haec ad Chauilam, Nimrodi fratrem applicat, qui fuerit ui nominis **הוֹלִי egregius administrator**, atque proinde Nini in oppugnandis Babylonii adiutor, coniecturis nititur maxime incer-

incertis. Quicquid hac uice sit de terra Chauila, Euphratis occidentalis alueo adsita, quam Chauilaeis in praemium lati auxillii a Nimrodo concessam arbitratur *Morinus*, quemadmodum Chusaeis Orientalis Babyloniae pars siue Susiana data fuerit, Chauila tamen Chusi filius ad Sinum arabicum potius consedit, quam in Babylonia, quod cum *Bocharto* admittit etiam ipse *Morinus*, *Holi* deinde nondum est Chauilah, quod nomen aliunde facilius duci potest. Adiicit Vir doctus conuenire Louis *Evangelis* nomen etiam in Chauilah, cum sit ille *Diodori* Ariaeus, *Sopobalem* enim Martem et Enyalium distinguere, admonente Scholiaсте, ut *Daemonem ministrum maioris*, sed quid inde? potuit Mars multos ministros habere principes bellicosos, quos inter et Chauilah fuisse, quo charactere monstrabitur? Ariaeus, Arabs, Nini Assyrii frater esse uix potuit. *Diodorus* Lib. III. etiam Aristaeum quendam memorat, bellicum Bacchi ducem, qui primus omnium sacra fecerit Baccho, eique sacrificauerit. Aristaeus iste cum Dux fuerit in exercitu Bacchi siue Nimrodi magis firmare potuisset Viri viuali sententiam, sed dolendum et hoc nomen generale esse ab **אֲרִישׁ** *Aris*, quod *princeps et Dux bellicus* Arabibus est, non multo diversum. Ne igitur conjecturae crescant in infinitum, acquiescamus in re plana et facili, *Diodorum*, Chronologia Ctesiana deceptum, iunxisse Personas temporis admodum diuersi.

P. 78. ad not. e) Iure autem ad eundem quaedam adiicimus, quae ad illustrationem eius facere uidentur, cum Vir doctus *Iouem Casium et Venatorem* confundere videatur, qui tamen differunt, ut Pater et filius. Sistit eius pars a uersa Virum togatum, togam sinistra leuiter attrahentem, dextra uero cornu inuersum praferentem, cum inscriptione ΑΓΡΕΥC. Recte Vir doctus existimat, significari hac inscriptione celebrem illum Venatorem Nimrodum, qui tamen, cum *Jupiter Casius* sit Chus, ut alibi ostendetur, cum eo miscendus haud erat, unde simul ex eadem epigraphe constat, uulgatissimum et usu maxime receptum Proverbium fuisse, de *Nimrodo Venatore*, qui etiam hic Venator κατ' εξοχήν appellatur. Quod autem supra statui, Venationem hanc de uirtute eius bellica, animoque Ecclesiae infenso, esse accipiendam, istud et hoc loco repeto, allatis in medium uariis Auctorum obseruationibus ad metaphoram Venationis illustrandam. De Hercule, qui Martis Iocum habet apud Aegyptios, ait Diodorus Lib. I. C. 2. *Illorum dictis conuenit antiqua apud Graecos fama, uidelicet Herculem orbis monstra perdomuisse, quod Alcaeо tribui nequit, qui ferme coaeuus temporibus Troianis fuit, iam maiori ex parte, tum cultura agrorum, tum urbibus plurimi, tum uero hominum ubique inhabitantium multitudine domitis.* Magis igitur ea decent e-

um Herculem, qui prisca aetate fuit, cum homines infestarentur a belluarum multitudine, in Aegypto praesertim, cuius nunc quoque regiones desertae sunt, et feris immanibus plenae. Scilicet Diodorus Herculem Aegyptium ab Alcaeo se-iuncturus, Aegyptii antiquitatem confirmat ex eo, quod ille immanes belluas domuerit, ubi, quando illum, *belluis occisis, terram hominibus cultui facilitorem reddidisse* ait, uenationem eius sensu proprio accipit, oblitus eorum, quae ante dixerat: *Herculem adfuisse Diis in bello, quod aduersus Gigantes gessere, Chamitis sc. aduersus Iapetionides pugnantibus.* Ipsi autem hi Gigantes, quos inter Noa, Sem aliquique Patres degabant, orbis monstra immanesque belluae impii Chamitis dicebantur. Notum est prouerbiū Socratis apud Platonem in Phaedro: Τυφῶνος πολυπλάστερον θηρίον: *Typhone, Gigantum duce, multiplicior bellua.* Aegidem belluam, ignem euomentem, omniaque longe lateque uastantem describit Diodorus Lib. III. qui accommodate in rem nostram cit. loc. *Bacchum feram ingentem Campes nomine multis mortalibus perniciösam interemisse, atque in perennitatem gloriae inde reportatae tumulum ingentem erexisse tradit.* Nec infrequens profanis Scriptoribus aliis, quorum loca afferam in dissertatiōne de Planctu super Nebo, uenationis allegoria fingere belli descriptionem, quod a Diis gestum fuit contra Gigantes. Latrocinia Plato, Ari-

stoteles, Xenophon inter Venationum genera collocant, de quo uide Job. Bodinum Lib. II. de Repl. C. 2. Nec dubito, quin symbolice accipienda sint, quae Diodorus Lib. II. C. IV. Inerant diuersorum animalium figurac in turribus ac muris, colore quoque ac forma naturali. Erat insuper omnis generis animantium Venatio, quorum magnitudo quatuor cubitos excedebat. In his Semiramis conspiciebatur, ex equo Pardalin iacula, iuxtaque eum Vir Ninus, iaculo Leonem feriens. Inter Christianos interpretes antiquos Venerabilis Beda in Principium Geneeos Lib. III. p. 220. in *Thesauro Anecdotorum Marteniano* Tomo V in loci Mosaici interpretatione fluctuat, cum enim notaſſet ambiguam particulam ἐνάντιον, quae in Graeco est causam esse duplicitis Versionis et exegeseos coram Domino et contra Dominum, mox subiicit, Nimrodum primo Venatu uiuentem, exercitu collecto insolitam in populos tyrannidem studuisse exercere, et tandem in interpretatione allegorica p. 225. Nimrodum comparat cum hoste antiquo, animas uenante, addita ratione, cum fuerit Venator contra Dominum. Verum etiamſi id permittamus dissentientibus, Nimrodum a Venatione, proprie tali, progresum ad bella, nimis frigida tamen est exegesis de uenatione in sensu proprio, si coniunctim spectetur cum reliquis Phraseos Mosaicae grauissimis uerbis לְפָנֵי־יְהוָה Lipne lebouab. An credis Sacrum Scriptorem ad indi-

dicandam rem, in se non adeo posteritatis memoria dignam, temere sanctissimum Dei nomen adiecisse? cum potius ratio haec loquendi singularem Dei praesentiam atque manifestationem eius significet in uera Ecclesia, qualis illa fuit inter Israëlitas, in Eremo peregrinantes, de qua uide erudite differentem, *Ioh. Franciscum Buddeum* in *H. E. V. T.* Tomo I. p. 521, ubi *Moysi Nachmanidi*, Iudeo ab eo excitato, qui faciem Domini Exod. XXIII. 21. de Angelo et Duce Israëlitarum, quem nos Christiani nouimus esse in-creaturn, interpretatur, adiungo *Theodotum*, *Valentinianum* haereticum Iudaizantem, qui in *Elogia Operibus Clementis Alexandrini* subiungi solita, inquit, ex uersione *Combeſiana*: *Patris autem facies Filius est, per quem Pater innoteſcit*, quae uerba, etſi lenſu Platonico prolata ſint, orthodoxum tamen ſenſum admittunt. Facies igitur Dei ueraque Ecclesia Nimrodi tempore tantum conſpicua fuit in Noacho, Semo et Iaphet, quos in inferna detrudunt Orientalium fabulae. Aliam exegesin, quae phrasin hanc: *curam facie Iebouae*, de fausto rerum ſuccellu, quo Nimrod gauſus fuerit, accipit refellere conabimur alio loco. Nouimus ergo Venatorem, Louis Casii filium, cornu autem, quod dextra tenet Venator in numo, *Iacobus de Barry* de Cupa Bacchi, uino repleta, ex *Nonno* explicat, et nos cum illo. Cornua ſane antiquis uſum poculorum praebebant, ut *Athenaeus* *Dipnos*.

Lib. XI. et ad eundem *Isaacus Casaubonus* pluribus docent, unde uel ex eo constat, Nimrodum esse Orientalium Bacchum.

P. 80. ad locum Simplici: Quae uerba cum de Solis obseruationibus coelestibus, Babylone a *Callistbene* in Graeciam transmissis loquantur, minus commode *Vossius* l. c. ita recitat: antiquitatem regni Babylonici etiam ex *Simplicio scimus*, qui *Commentario in Aristotelis libros de Coelo refert*, quomodo cum *Alexander M. Babylonica* cepisset, *Aristoteles* ex consobrino et discipulo suo *Callistbene*, qui *Alexandrum* comitabatur, quae fieri per literas, quamdiu durasset imperium Babylonicum: illum autem Aristoteli rescripsisse, ex sententia Sapientum Chaldaeorum urbem eam occupatam esse anno aerae Chaldaicae MDCCCCXCIII, plane praeter mentem Simplicii, ut ad locum eundem CL. *Fabricius* aduertit, qui id faltem dicit, circa obseruationes astronomicas fidem potius habendam esse Astrologis minus uetus, quam antiquissimis illis, qui non tam diligenter phaenomena annotarunt, aut obseruationes eorum Scripto seruatas habuerunt, demonstrationibusue potuerunt iis, quae offerunt, fidem facere, in primis antequam Callisthenes Babylone in Graeciam mississet obseruationes annorum 1993, quas ad aetatem usque *Alexandri* seruatas reperit. Quod autem per indirectum, ut aiunt, Babylonici imperii antiquitas inde consequatur, haud segregate largitus erit Docent *Fabricius*, cum certum sit ab eodem

dem Nimrodo et imperium et Sapientum Collegium, siderum obseruationibus dicatum, ortum accepisse, Miror autem, qui numerus Simplicii χιλίων ἐτῶν κοյ ἐννεακοσίων τριῶν accipi queat de annis mille nongentis et nonaginta tribus, cum illud: *nonaginta* in textu Simplicii plane absit.

P. 81. u. 18. ad uerba: *a iuuentute apud saiam*: Ad quem locum commentatur Vitrin-ga Tom. II. Commentarii in Esaiam p. 623. ubi necessario intelligenda est iuventus, h. e. prima florens aetas gentis Babylonicae, quae tamen difficultius determinatur. Sed neruus argumenti, quod Perizonio apprime faueret, facile alio Ieremiae loco inciditur C. XXXII. 30, quo Deus queritur de gentis Israëliticae malitia, inde *a pueritia*, atque idem nomen נָוָרִים *Neburim* occurrit. Prout igitur a primo gentis exordio Israëlitae Deo fuerunt inobedientes, ita per Esaiam licet, Babylonis a prima urbis et imperii fundatione obseruationes coelestes tribuere. Quod subiicit Vir doctus, culturam Astrologiae ab Aegyptiis ad Chaldaeos transiisse, non ideo inficior, transiit enim cum ipso Nimrodo, ut in loco Didodi uidimus supra. Quando autem alibi negatur, Chaldaeorum coloniam a Nimrodo ex Aegypto ad Euphraten fuisse deductam, istud de gente, non de Sapientibus accipendum est, quibus Chaldaeorum nomen datum fuit sequiori tempore, ueluti proprium. P. 96.

P. 96. u. 17. ad uerba: *a Charris distinguere uidetur*: Quo scilicet Vir diuinus eo melius eam Mesopotamiae partem, quam intendit, significet. Observatio autem de latissimo Mesopotamiae significatu proprie *Claudium Sat-mosium* Auctorem habet, qui ad *Solinum* Tom. II. p. 1228. *Falsum est, quod Solinus ait, Assyriam et Mesopotamiam in nomen Babyloniae transiisse, nec hoc dicit Plinius, sed partem Mesopotamiae et Assyriae Babyloniam appellatam esse*: Babylon, Chaldaicarum gentium caput, diu summatum claritatem inter urbes obtinuit toto orbe, propter quod reliqua pars Mesopotamiae Assyriaeque *Babylonia* appellata est, *uerba Plinii*. *Plinius idem alio loco: Mesopotamia tota Assyriorum fuit uicatim dispersa praeter Babylonam et Ninum.* Nullum autem negotium hic faceſſe-re debet dubium istud, quomodo *Abrahamus* post linguarum confuſionem gentiumque dispersionem inter medios Chamitas degens primae-uam seruare potuerit linguam, quod de maiori-bas eius magis nonnulli mirantur, sed nondum euictum est, illos etiam ſtructurae turris ſociam operam adhibuiſſe. Re ad ſolas ab utraque parte coniecturas redeunte, probabili ratione ſta-tuimus, *Abrahami* parentes, cum Iapetionides *Babyloniam* ſubiugarent, cum illis ex *Armeniae* montanis, in quibus arca confedit, quaeque ſanctis post diluuiōnem Patribus habitacula
prae-

praebuerunt, in Babylonicas oras fuisse delatos. Patientiam hic Lectoris exoro, ut huius a Iaponianidibus factae inuasionis pleniores deducitionem et assertionem expectet in dissertatione de *Planctu super Nebo*.

P. 99. u. 8. ad uerba: *nec profanis hoc nomen ignotum*. Vide, sis, *Sam. Bochartum in Phaleg Lib. IV. C. I. p. 203*. Evidem *lustrare orbem uniuersum* apud antiquos Scriptores de Diis Consentibus plurimis dicitur, qui per Orbem uagando, gentes beneficiis sibi deuinxerint et inde hoiores adepti sint diuinos, ita in Historia Deorum *orbem lustrauit Osiris* siue Jupiter, lustrauit *Bacchus*, lustrauit *Hercules* etc. sed de Saturno siue Chamo res aliter habet, quem a Nimrodo siue Libero, Bacchoque filio per rebellionem quandam regno sedeque sua eleatum, sub ornamenti et inuolucris mythicis traditur apud *Iulium Firmicum de Errore Prof. Relig.* p. 416. ubi de Libero, Iouis filio: *Proficiens Pater, quia indignationes tacitas sciebat uxoris* (*Astartis siue Iunonis*) *ne quid ab irata muliere dolo fieret, idoneis custodibus tutelam credit filii*. Tunc Iuno oportunum insidiarum noctis tempus et ex hoc fortius inflammata est, quod proficiens Pater et solium regni puero tradiderat et Sceptrum. De Libero hic sermo est, non de Oro Aegyptio, de quo fere similia habet *Diodorus Lib. I. C. 2. Osridem omnes terras pera-*

peragratem regnum tradidisse Oro filio, eumque, postea Titanis insidiis interfectum, ac per aquam repertum, non solum in lucem restituisse, sed et fecisse immortalē. Quae historia etsi in hoc conuenire uideatur, cum illa Bacchi, quod proficisciens Pater puero Sceptrum et regnum tradiderit, Mizraim enim, Aegyptiorum Taautus et Orus, ab Osiride siue Chus regnum Aegypti omnino accepit, in aliis ḥ̄men circumstantiis, hic non euoluendis, multum diuersa est. Imo etiam in eo dissentit, quod sponte et per benevolentiam sceptrum adeptus sit Orus, Bacchus contra Babylonicus extorserit. Insignis est locus *Diodori Sic.* Lib. III, ubi ex traditione Libyorum de expeditione Bacchi aduersus Saturnum: *Ad urbem Ammonis appropinquante exercitu, Saturnus, ante urbis moenia acie instructa, uictus, urbem noctu incendit, ea mente, ut paterna Bacchi regia absumeretur, sumtaque uxore Rhea et amicis quibusdam ddcscitis, clam ex urbe profugit.* Verum cum uxore captum Bacchus nequaquam illius opera imitans, non solum cognationis gratia non puniuit, sed et consolatus est, per omnem eos uitam habens parentum loco. *Rhea illum ut filium uiuens dilexit, Saturni simulation fuit benevolentia.* Falsissime hic Libyi Saturnum ab Ammone distinguunt, et maiori insuper errore ad Titanes referunt, quo nomine mythologis Iapheti posteri ueniunt, cum contra Di gentilium omnes non fuerint alii, quam Chamades,

miades, a Saturno siue Chamo progeniti, de quo alibi. Saturnum autem, Iouis Patrem hic intelligendum esse omnino, docent uerba Diodori: *cognitionis gratia non puniuit*, et illa: *Parentum loco habuit*, quae non Titanidi cuidam Saturno, sed ipsi Chamo conueniunt, quem pa- sim antiquitas crudelitatis postulat, et liberos deuorasse tradit. *Cognitionis uinculum Bacchum* inter et Saturnum Libyi quidem in antecedentiibus aliter exponunt, sed reuera Bacchus, Iouis filius, Saturnum auum habuit, quod Bacchi genus in omni mythologia certissimum est, nihilque contra ualet Lybiorum dissensus. Deinde Ammonis urbem frustra quaesueris in Aegypto, in qua No-Ammon quondam celebritatem habuit, sed ipsa Babylon est in terra Sinear, Beli antiquissimi opus et sedes. Quicquid sit, perspicue ex hac traditione elucescit, Bacchum Saturnum sede sua et regno expulisse, quod in illa praecipuum est et memoratu in primis dignum. Quare cum nomen hoc mali ominis Nimrodo praeter rationem imponi haud potuit, tuto concludo, factum istud esse propter eius aduersus Chamum rebellionem. Videant ergo Viri docti et cum his *Sam. Bochartus*, quo argumento confirmant suas coniecturas, quibus Nimrodum ipsi Noacho, aiunt, rebellem fuisse. *Ex eadem origine*, inquit *Bochartus in Phaleg Lib. IV. C. XIII. fabula est de Saturno a Ioue ex regno eieclo: nam Iouis nomine intelligitur Iouis*

uis siue Chami nepos Nimrod, qui Saturni, id est Noachi, iugo excusso imperium in homines usurpauit. Louis uocabulum cum generale fuerit, passim confundi uideas Iouem Ammonem, qui ipso nomine Cham est, litera enim Χ, utut radicalis sit a Graecis saepe plane non effertur, Iouem porro Casium, qui ipso iterum nomine Chus est, Iouem denique Babylonicum, quos inter ultimus cum Chusaeis suis rebellionem contra auum excitauit. Noachum autem sub Saturni nomine dedicatum fuisse, ab omni ueritate abhorret, nec in eius potestate fuit Babylon, quam, ut arbitror, ne uidit quidem, unde per se concidunt rationes Bocharti. Gratis deinde passim a Clarissimis Viris asseritur, Nimrodum esse Belum illum antiquum, Babylonis conditorem, quem, cum Bacchus Nysaeus sit, Nysa Arabum natus et educatus, post dispersionem gentium demum, oportet, genitum fuisse. Adsentior hac in re doctissimo Bocharto, contra quem disputans Perizonius cit. loco, quaestionem uertit in argumentum, quando ad hanc Bocharti sententiam monet p. 121. *At uero mera est haec quoque coniectura, quae euerti facillime potest alia uiem coniectura, sed longe probabiliore et ab ipso Viro summo allata, qua statuitur Nimrodus ita a rebellione dictus.* Recete omnino, sed a qua quaeſo rebellione? nisi ab ea, qua, cum etiamdum coniuncti effent omnes totius terrae homines, Nimrodus contra Noachi consilium, sententiam, factamque haud dubie ab eo uoluntatis diuinae de-

nuntiationem, reliquos tamen, addicps sibi, homines incitauit ad obuiam eundum dispersioni et exstruendam ea gratia turrim. At mera conjectura non est, facillime euertenda uel uno habitu difflanda, Nimrodum post dispersionem natum, ex Bacchi natalibus satis firmata. Multo enim uerius Nimrod, cum istud ex tot specialissimis characteribus constet, in Baccho quaeritur, quam, eundem sub Belo, diluisionis exitio subducto latere, a Perizonio statuitur, quod Viri huius doctri primum omnino falluum est. *Bocaberto* autem, quem ex hypothesi eius, Nimrodum Noacho rebellem fuisse, Perizonius refellere studet, ut subueniamus per superius dicta non licet. Adiicit Perizonius: *Certe nihil aliud ex eo tempore in S. Scriptura memoratur, quod contra uoluntatem Dei, per Noachum, ut credi par est, hominibus significatam sit factum, atque adeo nomini a rebellione firmato occasionem praebere potuerit:* Sed unde didicit Perizonius, Nimrodum nomen accepisse a rebellione aduersus Deum? argumento deinde a silentio Scripturae ducto hic minus roboris inesse reor. Scriptor enim sacer, in compendio gentium et regnum origines edifferens, teneri haud potuit ad nominis cuiuscunque rationes explicandas, quae commode ex cuiusvis gentis historia, quo ad eius fieri potest, desumuntur.

P. 102. tota parenthesis, (*quoniam* *bi -*
- Babyloniae reges,) deleatur, iam enim

de Regibus his Medis, ut dies diem docet, sa-
tis constat. Constat etiam, quare *Eupolemus*
Amraphel ipsum, Regem Sinear inter hos Me-
dos referat, atque Armenum dicat, de quo
alibi.

P. 104. u. 2. ad uerba: *ad Sardanapa-*
lum usque: Non uereor Chaldaeos hosce, pri-
oris Dynastiae Reges, posteros τὸς *Cheſed* appelle-
lare, utut nomina eorum fere omnia sint ido-
lolatrica, quis enim nescit ἐνέργειαν πλανῆς, qua
etiam Abrahami Pater Thara abreptus fuit, lo-
suæ XXIV. 2. his temporibus iam maxime in-
ualuisse. Momentum autem non habet, quod
Viri quidam docti, aetatem Patriarcharum, spe-
ciatim Iobi, intuentes, contra has Dynastias ob-
iiciunt, fidei eas esse admodum sublestae, pro-
pterea, quod nemo horum Regum aetatem atti-
gerit eorum temporum, in quibus collocantur,
longaeuam, sed de aetate eorum non constat, an-
ni autem regiminis non aestimandi sunt ex omni
horum Seculorum aetate, sed ex eo saltem tem-
pore, quo alter alterum superuixit, quod pro
diuersis causis potuit esse interdum breuius, in-
terdum longius.

P. 108. ad not. c. In sacrī רָאשׁוֹת *Re-ſchit* non solum *principium*, sed et *praeſcipuum*
haud raro notat, ita Amaleck Num. XXIV. 20.
ראשִׁית גּוּם *Reſchit Goim*, *principium gen-*
tium

tiū et mel apud Syracidem αρχὴ γλυκυσμάτων hoc sensu ueniunt, ex quibus locis Job. XLI, 14. eruditè illustrat Job. Iac. Scheuchzerus in Iobi Physica sacra p. 432.

P. 110. ad not. c. Sententiam Bochartianam uariis rationibus labefactare conatur Hadrianus Relandus in *Palæstina* Lib. I. C. XI. p. 64. sq. quas inter praecipua, dari nomina propria dualis pluralisque formae, quae tamen gentilitia non sint, quod nec negat ipse Bochartus. Verum cum certissimum sit extare nomina haud pauca, quorum significatus istud euidenter arguit, esse ea a posteriori et ab euentu indita, addo, nomina, quae formae singularis esse constat, cum in dualem uel pluralem formam abeunt, non potuisse citra certum respectum mutari. Atqui ille in nominibus *Mizraim*, *Assurim*, quae a singularibus *Assur* et *Mīzōwē* haud dubie flectuntur, non fuit aliis, quam regionum et terrarum, quas posteri inhabitabant.

P. 114. ad not. e. Par esse uidetur, ut ipsa doctissimi Viri recitemus uerba: *Ninum fuisse Nimrodi filium recitaui non affirmauit.* Ego enim *Ninum Nimrodi imperium Babylonicum euertisse*, et sic a Patre Belo, siue *is Assur fuit, siue alius, inchoatam Monarchiam Assyriorum condidisse doctis stipulor.*

P. 128. u. 12. ad uerba: *partes decernit.*
 Et qui hos omnes anteivit *Nicolaus Abramus* in
Pharo Veteris Testamenti, Parisiis 1648. edito
 Libro VI. qui *Nearchus* sive *de regno Assyriorum* inscribitur, ex quo *Conringium*, de Assyriorum
 rebus exponentem, in plurimis sapuisse,
 uix dubium.

P. 141. u. 3. ad uerba: *nulla Regum Assyriae memoria, notq;*, Erudite tamen *Nic. Abramus* in *Pharo V. T. Lib. VI. C. XII.* huc refert historiam Adadezeris, Regis Soba, a Dauidi uicti, de quo *2. Sam. X.* Regem hunc Syriae *Iosephus Lib. VII. Antiquitatum Iudaeorum C. V. p. 221.* Regem Sophenorum appellat, atqui Sophenen ultra Euphraten in confiniis Armeniae maioris et Assyriae collocant Geographi, unde iam patet sensus uerborum *Psalmi LXXXIII. 9.* Et *Affur uenit cum illis, facti sunt in adiutorium filii Loth.* Hymnus enim iste sacer a Dauidem haud dubie compositus est cum Adadezeris bello premeretur. Adiicit *Abra-nus*, cui haec omnia debemus, commode *Eusebii* uerba apud *Eusebium Lib. IX. Praep. Euang. Dauidem sub iugum traxisse Syros, ad Euphraten habitantes et Comagenam, et Assyrios, Galadenam incolentes. Etiam si autem ex magnitudine Regni Adadezeris nemo non uideat, Regnum Assyriacum tantae amplitudinis haud fuisse, prout sibi concepit *Ctesias*, non tamen inde*

inde sequitur, Assyrios Babyloniam iam tenentes, etiam fuisse inter tributarias gentes Adædezeris, ut *Abramus* statuit, qui potuerunt eius saltēm socii fuisse.

P. 166. u. 6. ad uerba: *et Aetbiopes eos execrantur.* Memorabile quoque est, quod ex Polemone refert Clemens Alexandrinus in *Protreptico* p. 25, *Populos Troadi uicinos, colere mures illius loci, quos σμύθρας vocant, quoniam hostilium arcuum neruos arroserint.* Haec Polemon. Sam. Bochartus in *Hierozoico* Parte I. Lib. III. C. 34. p. 1020. Aegyptios Troicam hanc historiam interpolasse, arbitratur, sed mihi contra uidetur, ex symbolica hac statua, non repte intellecta, superstitionem hanc foedissimam, quod alias saepe factum, fuisse enatam.

P. 173. ad not. a: Veteribus ἄδην esse ἄδηλον τόπον aduertit Iac. Windet de *Vita funerorum statu* p. 31. et 41. edit. Londinensis, unde ἄδης quasi αἰδης *Etymologo*, Plutarcho et Platonis reliquisque sit *Lucis priuatio*. Ex quo haud obscure colligitur αἴσχυσμὸν in ienu proprio rei obscurationem, in translato corruptionem, notare. Perspicuus est in rem nostram *Iosephi* locus, dignus, qui adiiciatur Lib. X. *Antiquit.* C. XI. p. 344. Sequenti uero die uenerunt cum numeribus ad Godoliam circiter octoginta, omnium inscii, quae acciderant, quos uidens *Ismael* intro

uocauit ad Godoliam et ingressos clauso palatio
trucidauit, cadauera eorundem in puteum quen-
dam, ne effore conspicua, demersit, ubi in graeco
est: καὶ τὰ σώματα αὐτῶν εἰς λάκκον τινὰ βα-
δὺν, ὡς ἄν αἴΦανῆ γένοιτο, κατεπόντισε.

P. 181. not. e, emenda: Si nostris inhae-
reamus, Baladan et Nabonassar, utut diuersa no-
mina uideantur, in unum Nimrodum conueni-
unt, qui, prout ex alibi dicendis patefiet, Baby-
loniis erat *Mars excelsus* et *Belus dominus*. Ha-
bet enim Nimrod, loco infasti huius nominis,
alia τὸς Nebo, Asar, Baal, Adon ueluti propria.
Vnde cum a Nimrodo nomina sibi sumserint Ba-
bylonii Reges, diuersa non sunt, sed eadem no-
mina *Nabonassar*, *Baladan*, *Belsazar*.

P. 202. u. 16. ad uerba: *ex merito no-*
tatur ab Hubero. Criticum in comparando
cum Diodori Excerptis Herodoto eruditum egit
Nicolaus Abramus in Pharo V. T. Lib. VI. C.
XVII: *Ait absolute Diodorus, Assyrios annis*
quingentis Asiam tenuisse. Herodotus annis
quingentis et uiginti superiorem Asiam tenuisse:
audit superiorem, quod in hac disceptatione ma-
gni debet esse momenti, ait Diodorus Assyrios a
Medis esse subuersos. Herodotus primos omni-
um Medos ab Assyriis defecisse, caeteras gentes
eorum defectionem imitatas. Diodorus ex He-
rodoto, Asiaticis ab Assyriorum iugo liberatis per
multas

multas hominum aetates nullum fuisse Regem, donec multis annis elapsis Rex tandem electus est. Herodotus illud duntaxat ait, cum omnes sui iuris essent, regna esse constituta. Quo tamen Herodoti a Diodori relationibus dissensu, qui ex paucis hisce satis patet, non eo cum Abramo abripimur, ut fidem Diodori in recensendis aliorum sententiis eleuemus, sed concordiae inter utrosque, *Ctesiam* et *Heradotum*, sibi maxime aduerter Scriptores, eundem studuisse, atque ideo via media ire uoluuisse, omnino sentimus.

P. 212. u. 2. ad uerba: *fatetur alio loco:*

Quare cum non paucae ex uocum etymologica euolutione haec Historia petat subsidia, refert omnino nostra, sententiam Marshami, quem grauiter lapsum *Vitrunga* arguit, contra eius obiectiones munire. Ita enim *Vitrunga* ad ci-tatum Esiae locum: *Marshamus* scripsit, *Adin*, uel potius *Adon* est *Adonis Dominus*, id sane ue-rissime. Sed hoc nomen scriptum est אַסְרָחָדָן Asr-chaddon, non quod ille supponit אַסְרָאָדוֹן Asr-addon. Sed miror doctissimo Philologo tale quid excidere potuisse, qui in deriuatione נָוָאָמָנוֹ No-Ammonis Aegyptiacae נָוָאָן No scribi fatetur pro נָוָה Naueb, gutturali ה mutata in נ, de quo uidimus supra. Constat autem ex Grammaticis literam ה Hhet, aequa gutturalem, nihil aliud esse quam ה quasi duplcatum siue HH, quod minus recte graece exprimitur per Chi siue CH, unde sine uitio,

quamvis de latinis alter sentiendum, Graeci γιώχαναν scribunt Ιωάννης, תְּרַח Tbarabb Θάρα, et ad rem ut perueniamus Esar-bhaddon recte Canon Ptolomaei expressit Αστραπάδωος. A יְהוָה Dun enim cum praeformatiua נ est יְהוָה, pro qua hoc loco alternat ה, uel quod idem est ר. Dabimus ad maiorem dictorum lucem aliud exemplum. Ait *Macrobius* Lib. I. *Saturnal.* C. XXIII. *Solem Affyriis dictum Adad,* additque: *eius nominis interpretatio significat vniuersus.* Interpretationem hanc in *Macrobio* aegre tulerunt Critici, ideoque uel linguarum orientalium ruditatem illi obiiciunt, uel a Librario pro אֲדָד Abad uitiose scriptum *Adad*, existimant, cum Job. *Seldeno de Djs Syris Syntagmate* I. C. VI. p. 177. Sed alii cum uideant etiam *Adadum* quendam, Regem Deorum et Syriae memorari *Sanchoniathoni* et *Plinio*, *Ada* quoque, *Hesychio* teste, fuisse Babyloniorum Iunonem, *Macrobius* ex Syriaca lingua iuuare student. Job. *Drusius* hoc trahit Syrorum אֲדָה Hada et apud *Macrobius* rescribi uult Ada. Sed Job. *Seldenus* cit. loco et *Gerb.* Job. *Vossius de Idololatria* Lib. II. C. VI. etsi *Macrobius* etymo-deceptum admittant, quod uicinas uoces *Adad* et *Achad* confundisset, lectionem antiquam suo loco statuant relinquendam, promuntque alias coniecturas. Proxime a uera sententia absuit *Sam. Bochartus*. qui in *Canaan* L. II. C. VIII. p. 731. obseruat חָדָה Had et genitatum חָדָה Had unusquisque quilibet Syris et Chaldaeis esse,

esse, sed ecce, adiicit, an hinc sumtum est Adad? non puto, **חָדָד** unus per Chet at per **הָ** scribitur Hadad uel etiam per **אֲדָד** Adad. Quo loco omnino, quod uolumus, habemus, primo obseruatu dignum est et hoc exemplum mutatis gutturalibus, Regum Syriae commune nomen *Hadad*, de quo Procopius Lib. II. Vaudal. C. 20. *Βασιλεὺς δὲ ἐώς Rex unus imperabat, ut omnes, qui res Phoenicias scripsere consentiunt,* interdum scribi per **הָ**, interdum per **אַ**, deinde etiamsi **חָ** unum per **חָ** significet, litera tamen haec nihil aliud est quam **חָ** duplicatum atque **חָחָ**, quando graece uel scribitur, uel pronunciatur, ab Adad non differt. Recte igitur septuaginta seniores praefornatiuam **חָ** Hh in nomine Regis Assyrii plane neglexerunt, legentes *Ἄσσορδαν*, utut Tobiae I. 21. Sarchedon, uel ut alia lectio habet, literis traiectis, *Caχερδαν* occurrat, atque **חָ** Hh mutatum sit in Ch, prout etiam promiscue **חָצְרָמוֹת** *Hatsarmaueth*, quod, ut alibi ostendetur, proprio descendit ab **אֶחָד** legitur Hadramauth, uel Chadramauth Asarmoth et Sarmoth in allatis apud eundem Bochartum in *Pbaleg.* Lib. II. C. XVII. p. 100. veterum locis. Eadem ratio est in nominibus Abori et Chabora, Alybes et Chalybes, quae uarietates ortum debent ambiguae literae **חָ** Hh. Etiamsi autem Assarhaddon praeter nomen etiam eo Sardanpalum referat, quod Medi ab illo descuerint, in aliis tamen, ut sunt ipsius Regis casus, regni et urbis interitus, quae ad Sardanipalum posteriorem spectant, diuersus est.

P. 214. u. 14. ad uerba: *facilem admittunt solutionem.* Quando enim ait, finem inde horum 65. annorum in medio regni Manassis, annis plus quam quadraginta post eversam Samariam, ponendum esse, quo tempore tamen non amplius steterit Regnum Israëlis, aut aliqua in eo populo fuerit publici status facies, utrumque praeter mentem sacri Scriptoris asserit, qui de pleno gentis exitio locutus non negat ideo Ephraim regno et publico statu ante iam excidisse. Alterum deinde eius argumentum, a silentio Scripturae ductum, istud, quod ex analogia historica elicimus, non statim efficit commentum, ut ait *Bailius*, humatum.

P. 254. ad not e. *Nicolaus Abramus* autem, cum *Herodotum* in Chronicis Assyriacis sequeretur ducem, non potuit non ex *Nahumi* et *Diodori* in describenda Nini calamitate, quo ad usque ipsi ex uitiosa uersione latina patuit, plus lucis habere. Digna sunt, quae in rem nostram adferamus, eius uerba ex *Pharo* V. T. Lib. VI. C. XIX. *E* quibus liquet, hoc ipsum esse Prophetae Naum uaticinium, cuius facit *Diodorus Sic.* mentionem, et illud Ninius excidium, quod Naum praedixerat, a Ctesia narrari, quamuis et Personas et tempora confuderit.

P. 387. u. 12. ad uerba: *Arciten appellauit.*

lauit. Videtur etiam doctissimus *Scaliger* ideo sententiam deferuisse Lib. VI. de *Emendatione Temporum* p. 277, ubi hypothesi simul male inferuit, quando sit: *Laborosarchad erat filius Nerglissoris et Nitocridis filiae Nabuchodonosori.* *Nam falso Herodotus scribit, ultimum Regem Labynitum esse Labyniti Magni filium, cum Labynitus ultimus fuerit aduena.* Iure tamen *Scaligeri* confidentiam hoc in loco miratur *Nicolaus Abramus* in *Pharo* V. T. Lib. XII. C. V. p. 319. cum Labyueti Magni siue Nabuchodonosori non filiam, sed coniugem Nitocridem testetur ipse ille, ex quo uno nomen scire potuit *Scaliger, Herodotus.* Actum autem erit de Historia omni, si ita indulgendum sit recentiorum coniecturis, ut veterum auctoritas posthabeatur, temereque conculcetur. *Scaligerum* autem forte iuuare uoluit, ut, re iam melius expensa intelligo, *Iob. Marshamus*, quando l. c. *Labynetum Babylonium*, qui iuxta Herodotum cum *Syennensi Cilice pacem conciliauit inter Cyaxarem et Alyatten* a Nebucadnezare distinguit, ut colligo ex uerbis adiectionis: *temporibus Nabuchodonosori.* Mox uero de Nitocride pergit: *Quae fortasse non est alia, quam Nabuchodonosori uxor illa Meda, cuius gratia borti peniles exiructi sunt, quae ex secundis nuptiis ultimum hunc Babyloniorum Regem peperit.* In quo fateor, alienus est a *Scaligero Marshamus*, sententiam non satis perspicue elocutus, quod ultimum Babyloniorum Nitocridos filium cum *Herodoto* faciat, sed *secundae*

cundae nuptiae propter *Herodotum*, qui ait, Labynetum II. Patris regnum et nomen obtinuisse, necessario inde referendae erunt cum *Scaligero* ad Nerigliissorem Babyloniae Regem, qui simul appellatus sit Labynetus. Sed merae, et inanes simul, *Marshami* atque *Scaligeri* coniecturae. Quaero enim, quare Meda dicitur Nitocris, nonne propter *Alexandrum Polyhistorem*? qui Nebucadnezari a Patre Nabopolassare, cum ab Assyrio Saraco defectionem moliretur, filiam Cyaxaris Medi uxorem datam fuisse, diserte affirmat. Iam ad miraculum confugiat necesse est *Marshamus*, si in senectute decrepita Nitocridem secundas nuptias adiisse et filium peperisse, serio statuat. Ab anno enim Nabonass. 123, quo Nabopolassar regnum capessiuit, ad mortem Nebucadnezaris fluxerunt anni 64, quodsi ergo ponamus, Nitocridem virginem X annorum saltem fuisse, cum Nebucadnezari responderetur, habebimus puerperam septuaginta quatuor annorum. Porro etiamsi Nerigliisoris uel alius cuiuscunque filius, ex Nitocride susceptus, Labynetus Regum ultimus fuerit, nequam tamen Nebucadnezaris nepos appellari potuit, quod tamen, ut de ultimo Babyloniorum Rege sentiamus, postulat Ieremias. Tandem de Nitocride sententiam qualemcunque meam interpono, licet ultra coniecturas non a surgentem. Nitocridem Labyneti II. matrem memorat Herodotus, Labynetum I, eius Patrem, sed Nitocridem Labyneti I. uxorem nunquam

quam explicate nominauit, quae ratio obscuritatis est, quam augent ambigua Patris et Matris nomina. Potuit enim Nitocris vere mater Labyneti fuisse, ex qua in lucem editus ille, Labynetus I. contra sensu alio pater uel avus. Quodsi autem Nitocris nihilominus videatur, Meda, Cyaxaris filia, de quo ne leue quidem ex Scriptoribus antiquis iudicium afferri potest, auia dicenda erit improprie mater. Qua inutili disputatione supersedere potuissimus, nisi ita Viri docti voluissent. Ad rem sufficit, ex Herodoto constare Labynetum II. fuisse ex regia Nebucadnezaris familia.

P. 403. u. 12. ad uerba: *interpretandos esse ueteres.* Euilmerodachi autem filium statui, quoniam de eo certo constat, eundem Babylonie Regem et Nebucadnezaris filium fuisse. Sed *Nicolaus Abramus in Pharo V. T. Lib. XII. C. III. p. 314.* ortum Nabonidi a Nebucadneze-
re quidem, sed per alium eius filium ignotum, ducit, ingenium fecutus, non Scriptoris antiqui testimonium. Ad uerba enim *Megasthenis*, quae difficillima sunt: προσήκοντα οἱ ὁδεῖς: nulla cum eo affinitate coniunctum, obseruat: Atqui Megasthenes eum Laborosarchodi propinquum fuisse negat, originem a Nabuchodonosore duxisse, non negat, fierique adeo potest, ut Laborosarchodus a regia Nabuchodonosoris familia fuerit alienus et Nabonidus siue Labynetus a Nabuchodonosore siue Labyneto superiore propagatus, ut ab

ab Herodoto proditum est, regnum haereditario iure sibi debitum, quod Neriglissarus interuerterat, a Tyrannis vindicatum, communi procedrum suffragio receperit. Ingeniosas has coniecturas Auctori suo relinquere cogimur ex duplice ratione, primo, si *Megasthenes*, ut opinatur *Aramus*, genus Nabonedi a Nebucadnezare duci, permittit, Auctor hic sibi met ipsi non constat, qui in antecedentibus facetur Neriglissorem, Laborosoarchodi Patrem, Euilmerodachi sororem habuisse in matrimonio, adeoque eius fuisse affinem, qui potuit igitur in sequentibus iterum affinitatem negare, et phrasi quidem laxiori: *προσήκοντα οἱ ὁδὲ?* si ex eius mente Nabonedus ex eadem Nebucadnezaris familia. Deinde Laborosoarchad, quicquid sentiat *Aramus* l. c. C. IV, iisdem fere argumentis cum *Conringio* usus, Belsazar est apud Danielem C. V. atque hic diserte filius Nebucadnezaris a sacro Vate appellatur, notanterque de eo Berolus ait: *πᾶς ὁ Princeps iuuentutis existens*; unde hoc praestructo Nabonedus Nebucadnezaris nepos, cum Laborosoarchodo affinitate coniunctus fuit omnino. Possemus quidem hic in partes trahere Belsazar illum Hardini ax Apocrypho Barucho de promtum, quem statuit ille ante Patris diem uita defunctum, et ab hoc Nabonedum genitum supponere, sed maiorem de illo certitudinem requirimus, cum sub communissimo hoc nomine etiam latere potuerit ipse Euilmerodach. Quicquid sit, *Megasthenes*, si istud dicere

cere uoluit, quod statuant Viri docti, affinitatem Nabonidi cum Belszare, quae ex Scriptura et Herodoto certissima est, male negauit, ut adeo Viri docti, qui ipsi in hoc suppetias ferre uolunt, uel Scripturam et Herodotum, uel Berossum laedant necesse sit, quibus utique maior prae Megasthene debetur auctoritas. Caeterum quod in eadem pagina ἐπίσατῳ loco Iosephi citato mendose scriptam statuimus pro ἐπισυνάσταις, propter Eusebium factum est, locum Berossi repetentem. Sigismundus Gelenius contra, Vir graece doctissimus, locum Berossi optime atque Historiae conuenienter uertit: *Hoc peremto, conuenientes bi, qui fecerant insidias, communi suffragio regnum tradidere Nabonido cuidam, qui erat ex Babylone, EX EADEM GENTE, in qua interpretatione iam acquiescimus, Megasthenis uerba amplius non curantes.*

P. 414. u. 22. ad uerba: *qualis erat Nabonetus.* Sed characteres hos omnes, quibus apud Danielem insignitur Darius, ad ipsum Cyrus trahit Nicolaus Abramus in Pharo V. T. Lib. XII. C. XXIV. p. 338, ait ibidem, *sibi aequa ut quibusdam Patribus et Pererio probabile, uideri, Cyrus esse Darium Medium.* Cyrus ex semine Medorum erat, materno genere a Medis oriundus. Cyrus, *filius Asueri*, quod ex conjectura conficit, quoniam Cambyses filius cognomentum Asueri habuerit, habuisse etiam Cambysen, Cyri Patrem. Cyrus postremo Babylonii-

byloniorum Regi proxime successit, ut apud Da-
nielem Darius. Sed cum haec omnia generalia
sint, et Cyro Darioque, etiam si distinguas,
communia, nemo propterea in eius sententiam
concedet. Cyri Patrem autem Ahasuerum di-
ctum argumentis magis idoneis firmare debui-
set *Abramus*. Ahasueri enim cognomen, quod
ipsum Cy-axaris nomen est, boni auspicii ergo Re-
gibus Persarum omnibus datum fuisse probabile
est, perinde ut Caesaris et Augusti, sed Regibus Per-
sarum, qualis Cambyses haud fuit. Speciem habet,
quod adiicit *Abramus*, *Cyrum cum Babylone po-*
tiretur, fuisse annos LXII. natum, ut apud Ci-
ceronem Lib. I. Diuin. Dionysius Persicus Auctor
est: ad septuagesimum peruenit, cum quadraginta
annos natus regnare coepisset, unde euidenter con-
stare existimat, Cyrus esse Darium. Etsi autem
hoc suo relinquamus loco, non licet tamen pro-
pter claram literam Dan. VI. 28. *Daniel perse-*
ueravit usque ad regnum Darii, regnumque Cyri
Persae, qua Darius et Cyrus, ut distinctae Per-
sonae seiunguntur, eos confundere, nec satisfa-
cit Abramus huic dubio per exegesin suam;
cum regnum diuidendum praedixerit Daniel
partemque alteram Medis, alteram Persis conce-
dendam. Taceo de *Megasthene*, in cuius fra-
gmento dilerta mentio sit *Medi* cuiusdam,
Cyri adiutoris.

Series post Nebucadnezarem imperantium
ex comparatione

<i>Scriptura S.</i>	<i>Beroſt.</i>	<i>Canonis Prolomai,</i>	<i>Herodoti,</i>	<i>Megasthenis.</i>
1 Nebucadnezar	-	Nabuchodonosor	-	Labynetus I. Nabucodroforus
2 Eulmerodach	-	Euilmalaruchus.	-	Euilmalaruchus
3 -	-	Neriglissoor.	-	Neriglisfares
4 Belsazar-Dan. V.	-	Laborosoarchodus.	-	Labassoarascus
5 Belsazar-Dan. VII. VIII.	-	Nabonadius	-	Labynetus II. Nabonnidochus
6 Darius Medus	-	Cyrus.	-	Medus, Cyri adiutor
7 Cores	-	Cyrus.	-	Cyrus.

Tabu.

**Tabula genealogica
familiae Nebucadnezaris**

Nabopolassar Rex Chald.

Nebucadnezar R. Ch.

Euilmerodach R. Ch.		Filia anonyma Neriglissoris R. Ch. uxor
↓		↓
Nabonedus R. Ch.		Laborofoarchad R. Ch.

INDEX CHRONOLOGICVS CVM SYNCHRONISMIS. NECESSARIIS.

P.I.	A.M.	
23 59	1650	<i>DILUVIUM</i>
2460	1757	nascitur Phaleg, sub cuius nativitatem terra diuiditur. Babylon condita hoc tempore a Belo
2480	1777	ab hoc anno consurgit Epochā Chaldaica 1903 annorum apud Simplicium.
		Nimrod hoc tempore Babyloniam sibi subiicit.
2787	2084	<i>ANNVS VOCATIONIS ABRAHAMI IN CHARAN</i>
2795	2092	Amraphel Sinear praefuit ex mente <i>Vſſerii</i> .
3046	2343	prima incipit Dynastia Chaldaeorum <i>Iulii Africani</i> annorum CCXXV
3103	2300	hoc circiter tempore Assur egressus est ex terra Sinear et Niniuen condidit.
3173	2470	Sesostris apud Aegyptios
3217	2514	<i>EXITVS ISRAELITARVM EX AEGYPTO</i>
3271	2568	incipit Dynastia Arabum annorum CCXV.
3484	2783	annus primus numeri Herodotei 520 annorum

P.I. A.M.

			Floruit hoc tempore <i>Ninus et Semiramis</i>
3491	2788		Argon Nini filius, primus Rex Lydorum ex Heraclidis.
3505	2802		<i>Troia capta</i>
3697	2994		<i>TEMPLVM SALOMON EXSTRVIT</i>
3905	3202		Alaria Rex Iudeorum
3943	3240		Menahem, Rex Israelitarum
3950	3247		Phul Assyriorum Rex Menahem sibi tributarium reddit.
3954	3251		Pekaiah, Rex Israëlit.
3956	3253		Pekah, Rex Israël.
3958	3255		Iotham, Rex Iudee XVI annos imperans.
3967	3264	1	<i>NABONASSAR</i> nouum condit in Babylonia regnum
3972	3269	6	Thuglath-Pilesser, Rex Assyriae, ab Ahas Rege Iudee, presso Syrorum et Israelitarum bello, in auxilium aduocatur.
3983	3280	17	Salmanassar Rex Assyriae bellum gescit cum Tytiis.
3986	3283	20	Hiskias Rex Iudeorum Setnon apud Aegypios, Sodus in Historia S.
3988	3285	22	Salmanassar Samariam obside re incipit anno Hiskiae III Hoseae VI. R. Isr.

Salma-

P.L.	A. M.	A.N.	
3991	3288	25	Salmanassar Samariam expugnat Hiskiae VI, Hoseae IX
3993	3290	27	Mardocempadus apud Babylonios An. XII qui Merodach in Hist. Sacr.
3996	3293	30	Sanherib Rex Assyriae, Aegyptum per tres annos bello premit.
3998	3295	32	Hiskiae XIII annus Sabbathicus
3999	3296	33	Sanherib cladem accipit ab angelo in Iudea. adorans in templo Nisroch occiditur a filiis Aegyptus ab Aethiopibus supprimitur.
4005	3302	39	<i>Deioces</i> , primus Rex Medorum an. LIII, sub quibus comprehenditur ἀναγέγειται
4015	3312	49	Manasse Rex Iudeorum
4029	3326	68	Assarhaddon Rex Assyriae et Babyloniae
			Colonia deducitur in Samariam
			Manasse abducitur Babylonem captiuus.
4042	3339	76	Psammetichus apud Aegyptios
4047	3344	81	Saosduchinus Rex Assyriae et Babyloniae

P.I.	A.M.	A.N.	
4058	3355	92	Phraortes apud Medos annos XXII
4067	3364	101	Chiniledanus Rex Assyr. et Babyl.
4070	3367	104	Ammon Rex Iudae
4072	3369	106	Iosias Rex Iudae, an. XXXI
4079	3376	113	Phraortes caeditur ab Assyrio
4080	3377	114	Cy-axares apud Medos An. XL Ninum obsidens, irruentibus Scythis, ab obsidione reuocatur
			Scythaे Asiam tenent annis XX et quod excurrit.
4089	3386	123	<i>NABOPOLLASSAR</i> vindicat Babyloniam ab Assyriorum seruitute.
			ab hoc anno Nabopollassaris primo incipiunt anni XXX Ezech. I. i. ad Epocham Babylonis liberatae consignati.
4093	3390	127	Eclipsis Lunaris Ptolomaei, anno V Nabopollassaris alligata.
4095	3392	129	Alyattes apud Lydos, ann. LVII
4096	3393	130	Nechao apud Aegyptios XVI ann.

P.I.	A.M.	A.N.	
4101	3398	135	Niniue excinditur a Cy-axa- re et Nabopollassare , fo- dere iunctis , Iosiae XXX Cy-axaris XXII huius temporis est famosus ille <i>Sardanapalus.</i>
4102	3399	136	Nechao tendit contra euer- sores Regni Assyriaci et Io- siam uincit ad Magdolum.
4103	3400	137	Iohakim Rex Iudee ann. XI
4106	3403	140	Nechaonis exercitus pro- sternitur a <i>Nebucadnezare</i> ad Charchemisch eodem anno mense V anni sacri Nebucadnezar in Pa- laestinam uenit , charactere regio insignitus , ab eo ini- tium dicit Scriptura anno- rum Nebucadnezaris , ita ut primus annus contineatur ex una parte Iehoiakimi IV et altera Iehoiakimi V. ab hoc anno ducendi sunt an- ni LXX Seruitutis
4109	3406	143	Rebellauit Iehoiakim Nebucadnezar contra Satra- pen rebellem tendit eum- que uincit. Nabopollassar moritur et Ne- bucad-

P. I.	A. M.	A. N.	
			bucadnezar in regnum re- uertitur.
4110	3407	144	Nabuchodonosor solus im- perat post Patris mortem ann. XLIII
4111	3408	145	Nebucadnezari somnium ob- tingit, de quo Dan. II.
4112	3409	146	Psamminthis apud Aegyptios, ann. VI.
4113	3410	147	Ioiakim interficitur sub ini- tium anni sacri, cui succe- dit Iechonias, imperans menses III et X dies, in cuius locum Zedekias Rex constituitur Mense V. hoc anno in autumno inci- pit annus IV in Cyclo Sab- bathico, Ierem. XXVIII, 1, finiendus in autumno
		4114	decurrebat etiam hoc anno VI annus belli Lydici, A- lyatten inter et Cy-axarem gesti, quo <i>Eclipsis Solaris</i> accidit.
4114	3411	148	Captiuitatis 1. Iechonias ab- ducitur cum populi flore sub initium anni sacri, currente Nebucadnezaris VIII

P.L.	A.M.	A.N.	
4118	3415	152	Capt. 5, Apries sive Ho- hra apud Aegyptios ann. XXV
4120	3417	154	trigesimus Ezech. C. I. i. ad- dendus ad Annum Nab. 122
4124	3421	158	Capt. 7. Astyages apud Me- dos, ann. XXXV.
4128	3425	162	Capt. II. mense Julio <i>HIE- ROSOLYMA EXPV- GNATVR</i> a Nebucadne- zare sub finem anni XVIII. Mense Augusto incipit e- iusdem XIX. eodem anno finitur annus Sabbaticus, qui cooperat anno 4123.
4138	3435	171	Capt. 15. desolationis Hiero- sol. 5. incipit obsidio Tyri, continuata annos XIII.
4141	3438	175	Capt. 25. desol. 15. anno hoc captiuitatis, quo adhuc currebat ad mensem IV sacrum XIV Vrbis Captae uisio obtigit Ezechieli C. XL.
			Capt. 18, currente adhuc captiuitatis XXVII. mensis primi die I. conf. Ezech. Cap. XXVI. i. reuelatio- nem habet Ezechiel de Gg 5 Tyr

P.L.	A.M.	A.N.	
			Tyro capta et cladibus Ae- gypto a Nebucadnezare in- serendis C. XXIX. u. 17.
4142	3439	176	Baalus apud Tyrios X ann. Apriis Aegyptii annus ulti- mus.
4151	3448	185	Sub finem anni 37 alienatio- nem mentis passus est Ne- bucadnezar Ier. LII. 31. Iudices Babylone euocati, re- gnant apud Tyrios ann. VII.
4152	3449	186	Croesus apud Lydos an. XIV
4153	3450	187	EUILMERODACH mortuo Ne- bucadnezare, apud Baby- lonios ann. II.
4155	3452	189	Neriglissor apud Babylonios, ann. IV.
		—	Cyrus sublato Astyage apud Medos regnat ann. 21
4158	3455	192	Balatorus apud Tyrios, an. I.
4159	3456	193	Nabonidus apud Babyl. an. XVII
			Merbalus apud Tyrios IV ann.
4163	3460	197	Hiromus apud Tyrios.
4166	3463	200	Cyrus Croesum uincit, O- lymp. LV anno I.
4175	3472	209	CYRUS cum Dario Medo BABYLONIA CAPIT et

P.I.	A.M.	A.N.	
			et captiuitatem Iudeorum soluit, quo anni LXX servitutis finiuntur.
4176	3473	210	Cyrus apud Babylonios, cum primo Cyri comparat Iosephus Hiromi XIVtum.
4178	3475	212	Darius Medus et Daniel Prophetae moriuntur, Cyrus solus imperat ann. VII
4185	3482	216	Cambyses, Rex Persarum VIII ann.
4193	3490	227	Darius Hystaspis.
4194	3491	228	Desolationis 70. uisionem habet Zacharias C. I. u. 7. et 12.



Vitia operarum extantiora , sensum laedentia.

Pag. 1. u. 6. aduersetur

P. 8. u. 2. lege: Aegyptiaci fraudis postulantur

P. 19. u. 26: παλαιον τι χρονογραΦεον

P. 28. u. 15. constantissimaque

P. 33. u. 28. Chiffletiani

P. 51. u. 22. nomenque

P. 52. u. 13. quae ex communi sententia[non male

P. 62. u. 20. philologicarum

P. 65. u. 22. קָרְנִים

P. 75. u. 18. Integer locus

u. 19. בַּלָּג

P. 77. n. 25. perinde ut דְּרָמֵשׁ Darmesek et
דְּמֵשׁ Dammesek dicitur pro Damasco

P. 84. u. 5. ipsi

P. 90. u. 8. nomina haec eadem haud fuisse, sed
diuersa

P. 99. u. 4. Taautum

P. 103. u. 14. ἡμῖν

P. 108. u. 21. adoptare

P. 109. u. 11. hae

P. 116. u. 17. 3484

u. 18. XXI

P. 122. u. 9. Conone

P. 123. u. 21. Δερκετώ

P. 132. u. 21. אֲמֹן

P. 141. u. 21. apud Diodorum

P. 142. u. 9. Atergatin

u. 25. retulerit

u. 30. Mylitta

P. 161. u. 4. adde: si annus hic Sabbathicus haud
fuit

P. 164. u. 22: abradentium uis

P. 168. u. 22. Mardokempadum

- P. 171. u. 21. ὅπως
 P. 192. u. 23. egisse
 P. 205. u. 20. ultimis
 P. 209. u. 15. יְמִינָה
 P. 220. u. 14. deliorauce
 221. u. 24. se deleatur.
 244. u. 14. Hrabanus
 P. 248. u. 11. notissima
 P. 253. u. 14. בְּצָה
 24. בְּצָה
 P. 272. u. 13. ruentis
 P. 274. u. 11. subiicit
 P. 275. u. 5. τρέπεται
 P. 368. u. 13. mentis uesaniae
 P. 386. u. 5. consensus
 P. 395. u. 5. adde: In Actis Erud. Lips.
 P. 421. u. 17. hunc uersuum ordinem
 P. 432. u. 25. Michlal.

Reliqua haud raro obuia Lectoris aequitati et
 humanitati reliquuntur.















